






Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4041/A/2





Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4041/A/2



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4041/A/2



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4041/A/2

2/1 N. W. h.

3


2898

4041⁽²⁾/A/2

R. NARES.

2. N. A2.

1292594




M A R B O =
D E I G A L L I P O E =
T A E V E T V S T I S S I M I
Dactylotheca, scholijs Georgij Pictorij
Villingani doctoris Medici, & Regiæ cu-
riæ Enfishemijs superioris Alsatix
Archiatri, nunc altera vice, supra
priorem æditionem,
illustrata.


Item de lapide Mo-
lari, & de Cote carmen Panegy-
ricum, eodem autore Geor-
gio Pictorio.

B A S I L E Æ.

Abasitius medicus +



REV
TH



REVERENDO PA-
TRI AC DOMINO, DO-

mino Nicolao ab Rosberg, Abbati Lucellæ
dignissimo Domino suo, Georgius Pi-
storius Villinganus doctor Medi-
cus, & Regiæ curiæ Ensishe-
mij Archiater,
S. D.



Um nuper totus in hoc sum, Re-
uerēde pater & Meccenas ter ma-
ximè, ut in meo hypocaustulo
palladio, singula quę per tempus
propter omnimoda negotia in angulis di-
sturbata quaqua uersum tabuerūt, in ueram
pristinamq; redigam seriem. Marbodeum
Gallum meis scholijs annis abactis plus mi-
nus uiginti quatuor illustratū inuenio. Poë-
tam certè non omnino quarta luna natum, &
rerum archanarum minimè oscitabundum
indagatorem. Sed proh dolor, carie squa-
lentē, & octipedis aranæ telo puluerēq; ob-
ductum. Quæ scholia, dum sedulus non cis-
tra nauseam lectitarem, sub incudem reuo-
canda censui, partim ut limatiora, partim ut
magis proficua in medium prodirent. Bifa-
riam tamen magno accedente timore, Pri-

8 a mo

E P I S T O L A.

mō ne lucubrationes meæ in myropolium
quandoq; diuertant, tunicamq; scōbris præ-
beāt, aut tegumenta alabaſtro, ſeu piperibus
cucullum. Secundo, ne aliquis Cenſorina
frōte Ariſtarchus mordaci lotus aceto emer-
gat, qui ſatyrico felle, prurienteq; lingua,
caſdem contamīnet, ſœdoq; ore inficiat, ac
demū in inſulas ferri crepidinas ire compel-
lat. Propter quod Reuerende pater his labo-
ribus meis tutorem, ſeu Meccœnatem potius
ad ſcribendum fore, conſultum duxi, qui uir
tutum congerie ſeu morum grauitate, omnē
importunum liuidulorum compescat refla-
tum, & uiperinos morſus ingenij manſuetu-
dine edulcet. Vbi commodiorem uel ideò in-
uenire non potui quā te, quod undiq; talis
es, qualem deſideramus. Deſideramus au-
tem ut tribus bolis enarrem, ex tetragono in
omni uirtutum genere abſolutiſſimum. Li-
cet & id te quaq; ex multis mihi electiorem
fecerit, quod tibi omnibuſ modis deuin-
ctiſſimum me ſciam. Et nihil in hunc diem
uel antiquius, uel optabilius iudicauerim,
quā ut aliquo modo tuis meritiſ, beneuo-
lentiæq; tuæ, ſi non ex integro, tamen ex par-
te, ne ingratus uidear, reſpondere poſſem.
Quapropter Reuerende pater illa qualiacun-
que

E P I S T O L A.

que sunt, precor in tuas defendendi alas suscipias, & uirtutum claua Herculis instar, quando Hydra furit, defendas, atq; Georgij tui animum æquum & beneuolum, dum parua pro magnis reponit, examines. Difficilius non possum quæstum præstare perexiguum. Sed magnum arbitror, si quis intima pectoris & se ipsum præstet, sibiq; nihil reliqui faciat. Vale Meccenas ter maximè.
Data Ensisheimj Anno uirginei partus sesquimillesimo quinquagesimo quarto, Mensis Nouembris die prima.

* ; Auto

AVTORVM NOMI
 NA, QVORVM AVXILIO HVIG
 Daçtylotheçæ Marbodei noſtra adiecimus
 Scholia.

Angelus Politianus	Ludouicus Cælius
Albertus	Lucretius
Auicenna	Marcellus Vergil.
Appianus	Mundinus
Aristoteles	Macrobius
A. Gellius	Octavius Cleoph.
Alexander Peripateticus	Ouidius
Augustinus	Plinius Platearius
Bartholomeus Anglicus	Philostratus
Chrysippus	Plato
Dioscorides	Q. Curtius
Diurius Mediolanus	Rabi Moyses
Erasmus Roterodamus	Salustius
Eusebius	Sylvaticus
Galenus	Solinus
Heraclides Ponti.	Sauanorola
Herodotus	Strabo Scrapio
Hieronymus Cardanus	Suctonius
Horatius Flaccus	Thomas Aquin.
Isidorus Isae	Vegetius Vincentius
Ianuensis monachus	Vergilius
Issep	Vilhelmus de Conchis
	Habes

LECTORI S.

Habes in hoc Indice, Candide lectōr, non omnia quæ in hac continentur Dactylothe-
ca, sed quædam magis selecta. Tu ea, qualia sunt, pro tuo candore suscipere, & optime, Vale.

<i>A</i>			
<i>Absinthus</i>	17	<i>Adamas Crystallo innasci-</i>	
<i>Abeston ex Archadia</i>	18	<i>tur</i>	9
<i>Achates</i>	11	<i>Adamas quomodo ex Cry-</i>	
<i>Achates ex fluuio eiusdem</i>		<i>stallo</i>	9
<i>nominis</i>	11	<i>Adamas trahit festucas</i>	10
<i>Achates Pyrrhi regis</i>	11	<i>Adamas nouem diebus non</i>	
<i>Achates Cretensis</i>	12	<i>exuritur</i>	10
<i>Achates Indicus</i>	11	<i>Admetus rex Thessaliæ</i>	10
<i>Achates cur facundiam</i>	13	<i>Aetas fraudulenta</i>	3
<i>Achelous fluuius</i>	43	<i>Aethites gemma</i>	37
<i>Adamas qua arte fiat</i>	4	<i>Aethites unde nomen</i>	38
<i>Adamas bifariam fit</i>	4	<i>Aethites cur nidis adpon.</i>	38
<i>Adamas Indicus</i>	8	<i>Aethites mulieribus con-</i>	
<i>Adamas ex Crystallo</i>	8	<i>uenit</i>	39
<i>Adamas nō est domabilis</i>	8	<i>Aethitis genera</i>	39
<i>Adamas Arabicus</i>	8	<i>Aethiti sexum addicant</i>	39
<i>Adamas ad Magicas</i>		<i>Aes Corinthum quid</i>	47
<i>artes</i>	9	<i>Aes Corinthum triplex</i>	47
<i>Adamas contra uenena</i>	9	<i>Aegophthalmi</i>	13
		<i>Agyrta Alsatiæ</i>	14
		* 4	<i>Alexan-</i>

I N D E X.

Alexander sigillum Augu- sti	3	Androdamanta ex mari ru- bro	17
Alectorius lapis	13	Androdamas à domando.	17
Alectorius maior faba	14	Antrax	20
Alabandina ex Asia	18. 19	Anglus uenabula donat	76
Alceste Adameti uxor	36	Apiston	18
Alabastrites quid	60	Apollonius mortuam resu- scitauit	16
Alabastrum	60	Aphrosilene	71
Amicis omnia bona debe- mus	6	Aquileus lapis	38
Amethystus	15	Aquila nō sentit fulmen	38
Amethystus ex India	15	Arimaspi Scythiæ popu- lus	68
Amethystus contra ebrieta- tem	16	Arima unum significat	68
Amethysti quinque species	16	Arabes thus donant	76
Annulus Græcorum inuen- tum	2	Arnoldus de uilla noua	24
Annuli inuentor Prome- theus	2	Ara Suadela hominis na- tura	57
Annuli astronomici	3	Asbestus lapis Martialis	63
Annuli longæuos qui fa- ciant	3	Asbestus igneus lapis	63
Annulus Polycratis mira- culum	3	Afsyrj donant odores	76
Annulus quo digito gestan- dus	3	Aureus annulus quando in- uentus	2
Androdamanta	16. 17	Auicenna Arabs	8
		Autorum notatur secor- dia	10
		Augustinus de Magnete	57
		Aures	

I N D E X.

<i>Aures cur tardiores oculis</i>	7	<i>Carmania regio</i>	32
B		<i>Capreolus quid</i>	42
<i>Berillus ex India</i>	19	<i>Carthedonij Smaragdi</i>	67
<i>Basad</i>	30	<i>Carthago Carthedon dicta</i>	68
<i>Betulus</i>	33	<i>Cerini</i>	20
<i>Bifariam lapides in animalibus</i>	15	<i>Cerauneus lapis</i>	32
C.		<i>Ceraunum fulmen</i>	32
<i>Carbunculus balasio innascitur</i>	9	<i>Cerauneus duplex</i>	33
<i>Cardanus insignis philosophus</i>	12	<i>Chrysoberillus</i>	20
<i>Carbunculus gemmarum gnomon</i>	21	<i>Chrysolitus</i>	21
<i>Candidus color</i>	19	<i>Chrysolitus ueteribus topazion</i>	22
<i>Carbunculus mas</i>	21	<i>Chrysolit. frigidif. gema</i>	22
<i>Carbunculus foemina</i>	21	<i>Chrysolitus uenerem mutilat</i>	22
<i>Calcophanus</i>	10	<i>Chrysoprasus</i>	23
<i>Calcophanus tragædis aptus</i>	11	<i>Chrysoprasius lapis Indicus</i>	23
<i>Calcedon lapis</i>	31	<i>Chrysopasion</i>	23
<i>Calcedon aduersus daemones</i>	31	<i>Chrysolampis</i>	23
<i>Calcedonij triplex color</i>	31	<i>Chrysopagion</i>	23
<i>Calcedon Nasamonijs</i>	31	<i>Chelidonium lapis</i>	24
		<i>Chelidona hirundo</i>	25
		<i>Chelidonia herba</i>	25
		<i>Chrysolectron Carabe citrini</i>	27
		* s Chalasia	

I N D E X.

Chalasia	28	Crystallus lapis	15
Chelonites lapis	28	Κρύσταλλος glaciem sonat	19
Chalibis dat arcum	76		
Cleopatra luxuriosissima		D	
mulier	75	Deus regit astra, sigillat	
Cyprus producit adaman-		ideas	8
tem	8	Dioscorides sculptor	3
Cynocephali pilus ame-		Diadochos lapis	36. 37.
thisto	16	Dionysia gemma	36. 37
Corallus	29	Dionysia à Baccho	17
Corallus uates	31		
Corneolus lapis	26	E	
Corneolus rubēs Sardius	26	Elephanti ex partibus Ori-	
Corneolus sigillis aptus	26	entalibus	16
Conchæ sensum habent	75	Enhidrus lapis	40
Cos gemma	79	Enhidrus unde nomen	40
Cos medetur epilepticis	79	Ἐτος. latine aquila	38
Cos contra alopetiam	79	Eudamus serpentes uicit	3
Cos index	79	Euax rex Arabum	5
Cos sputū sang. curat	79	Exhalatio terra gemmis	
Cos luxuriantes compefcit		colorem	10
mamillas	79		
Corna sumptuosissima Cleo-		F	
patra	76	Ferreus annulus quando in	
Cretenses tela donant	80	usu	2
Crystallus marmorī inna-		Figura gemmas prodit	5
fcitar	10	Galenus	

I N D E X.

G

Galenus curauit stomachum		Gemmis inest uirtus à forma	
corallo	31	speciuoca	8
Gagates lapis	40	Gemma quæq; propriam	
Gaga flumen	41	habet matricem	9
Gagatromeus	42	Gemmarum gnomon	21
Galactita lapis	43	Geler agstain	27
Getes arma donat	64	Glesum	27
Gemonida lapis	64	Glas	27
Gemmis facile imponitur	4	Glacies quomodo lapis	
Gemmarum probatio quin-		fiat	38
tuplex	4	Gryphi	68
Gemma annosæ uirtutem		Granati	49
amittunt	5		
Gemma morbos habent	5	H	
Gemmarum cognoscere oc-		Hematites	42
cultæ egregium	6	Hæmatitis genera	43
Gemmas cognoscere medi-		Hebraei annulos inueni-	
corum est	6	runt	2
Gemmis uirtus inest diui-		Heroides	20
nitas	6	Hercules Alcestem resusci-	
Gemmis ab influentia cæli		tauit	16
uirtus	7	Hieracites lapis	43
Gemma Indica uirtuo-		Hieracites unde nomen	44
siores	7	Hienia gemma	44
Gemmis uirtus ab Ideis	8	Heliotropia	45
Gemmis uirtus ab inteli-	8	Heliotropia pontificum	
ligentiæ		gemma	46
		Hephem	

I N D E X.

<i>Hephestites lapis</i>	46	<i>Iris ubi reperiatur</i>	53
<i>Hexacantalytus</i>	50	<i>Iuba rex Mauritaniae</i>	73
<i>Heraclius lapis</i>	56	<i>Iuvenes conchæ</i>	74
<i>Herculeus lapis</i>	56		
<i>Hæmitritæus quid</i>	69	L.	
<i>Hyacinthus lapis</i>	49. 50.	<i>Lapides omnes frigoris ope</i>	
<i>Hyacinthi tres</i>	50	<i>nascuntur</i>	15
<i>Hyacinthus cordialis</i>	51	<i>Lapides quomodo in ani-</i>	
<i>Hyacinthus cur contra pe-</i>		<i>malib.</i>	15
<i>stem</i>	51	<i>Lapides caloris ope na-</i>	
<i>Hyacinthizontes</i>	20	<i>scuntur</i>	15
		<i>Lactarius lapis</i>	48
I.		<i>Lacteus lapis</i>	48
<i>Iaspis silici innascitur</i>	10	<i>Lapides grauiiores Satur-</i>	
<i>Iaspis lapis</i>	51	<i>nini</i>	63
<i>Iaspidis decem & septem</i>		<i>Lapides transparentes lu-</i>	
<i>species</i>	52	<i>nares</i>	63
<i>Iaspis Indicus</i>	52	<i>Lapides supernatantes, Io-</i>	
<i>Iaspis Cyprius</i>	52	<i>uiales</i>	63
<i>Iarcha propter annulum an-</i>		<i>Lapis sanctus Selenites</i>	71
<i>nosus</i>	3	<i>Lapis molaris gemma</i>	77
<i>Index lapis</i>	57	<i>Lapis molaris regum men-</i>	
<i>Indus dat opes</i>	76	<i>tas</i>	78
<i>India gemmarum nutritrix</i>	15	<i>Lætheus lapis</i>	43
<i>Iosephus Gorionis filius</i>	4	<i>Leucophthalmi</i>	13
<i>Iouis ales aquila</i>	38	<i>Lycophthalmi</i>	13
<i>Iris gemma</i>	13	<i>Λιβηδινὸς ὄπρ.</i>	30

Lyncu-

I N D E X.

<i>Lyncurius lapis</i>	53	<i>Moysis tempore fuerunt</i>	224
<i>Lipares lapis</i>	54	<i>nuli</i>	2
<i>Lunæ lapis</i>	71	<i>Moyses bellum Troianum</i>	
<i>Lucri odor ex quavis re</i>	35	<i>præcessit</i>	2
		<i>Mortui quomodo excitentur</i>	36
		<i>tur</i>	36
<i>Matres cur utantur Corallo</i>	31	<i>Mortuus Pompeio prædixit bellum.</i>	36
<i>Magnes</i>	55	<i>Molochites</i>	58
<i>Magnes unde dictus</i>	56	<i>Molochites unde dictus</i>	58
<i>Magnes uiuit</i>	57		
<i>Magnes Guasci</i>	57	N.	
<i>Magnes annosus non trahit ferrum</i>	5	<i>Nero secundus post Augustum</i>	5
<i>Maiestatem demit qui archana uulgat</i>	5	<i>Necyomancia quid</i>	16
<i>Margaritæ perforatæ meliores</i>	75	<i>Nephretici qui</i>	19
<i>Medus lapis</i>	58	<i>Nilus athiopiæ fluius</i>	68
<i>Medus unde dictus</i>	59	O.	
<i>Medea Iasonis uxor</i>	30	<i>Oculi fideliores auribus</i>	7
<i>Metelli opinio</i>	6	<i>Oleagini</i>	10
<i>Milo Aleætorio uicit</i>	14	<i>Opalus uincit carbuncul.</i>	11
<i>Milo prisçi Tarquinijsiculo</i>	15	<i>Onyx gummi genus</i>	60
<i>Mistica qui uulgat impius</i>	6	<i>Onycis quinæ species</i>	60
		<i>Ophthalmius lapis</i>	61
		<i>Ophthalmius unde dictus</i>	62
		<i>Ophthalmia quid</i>	62
		<i>Orites</i>	

I N D E X.

Orites lapis	61	Pyropus	21
Oritem Syderitum nomi- nate	61	Plagiopolis Lyciæ ciui- tas	48
P			
Paranitis quid	16	Polyeratis historia de Sardo	70
Pantherus	62	Polyerates ex Smaragdo annulus	8
Panthera inimicatur dra- coni	63	Prometheus Argiuis	2
Pega Indiæ oppidum	21	Prometheus Ioui contem- poraneus	2
Peanites lapis	64	Pthifisci qui	71
Philippi adamantem pro- ducunt	9	Prasius lapis	64
Phylacterium quid	22	Prasius palatium est Sma- ragdo	64
Phitonissa Samuelem resu- scitauit	36	R.	
Phigalia Archadiæ ciui- tas	38	Reconciliationis gemma Adamas	11
Phigaliæ sacerdotes	38	Raphiusius lapis	39
Physemata	75	Rubigo segetum pestis	19
Pytho dea	17	Rubigalia	39
Pyrites lapis	63	Regis hungariæ historia	69
Prasius à marrubio no- men habet	64	S.	
Præcordia	41	Saphyrus quomodo fiat arte	9
Pyrites lapis Martialis	63	Sarda	

I N D E X

Sarda Onychi innasci- tur	9	Siderites lapis	17
Sanguis hirci infringit la- pidem	10	Selenites lapis	71
Sacon quid	16	Σαλίνα quid	71
Sacodion	10	Simia Romanis flagitiy symbolum	2
Salamandræ pluma	18	Somnia quæuana	10
Sardius sigillis aptus.	26	Solis uirtus maior in Ori- ente	16
Sardonix sigillis aptus	26	Spu oculum Scythica lin- gua	69
Sapphyrus	65	Sphinx signum Augusti	9
Sapphyros quomodo inue- niant	66	Smaragdus quomodo arte fiat	4
Sardius expers uirtutis	70	Smaragdus	66
Sardius audacem reddit	70	Smaragdus Præfio inna- scitur	9
Sardonix lapis	70	Smaragdi species	67
Sardonix ex Arabia	70	Smaragdus lunaris la- pis	69
Sardonix sigillis habilis	71	Smaragdini Iaspides inu- tiles	52
Sagda lapis	77	Suadela dea	57
Sagda ex Chaldea	72	Suada Dea	57
Schel krut	25	Suadela facellum oratio	59
Schuualm krut	25		
Seplasiarius quidam Alsa- tiæ	35		
Septum transfuersum	41		
Serapio Ioannes Damasc. cenus	51		
Seres donant uellus	76		
		T.	
		Ternarius numerus sacer.	6
		Ternio	

I N D E X.

<i>Ternio cur sacer nume-</i>		<i>Topazion multum frigi-</i>	
<i>rus</i>	7	<i>gidus</i>	72
<i>Testudo Indica qualis</i>	29	<i>Tristitia quid</i>	58
<i>Theodorus Samius scul-</i>			
<i>ptor</i>	3	V.	
<i>Thetel Iudæorum philo-</i>		<i>Vegetij paraneicon</i>	6
<i>sophus</i>	21	<i>Veneris templo Asbestus</i>	18
<i>Thydeus corpore par-</i>		<i>Vespasiani dictum</i>	35
<i>uus</i>	25	<i>Veneti hyacinthi</i>	52
<i>Thessala monstra</i>	30	<i>Vnio</i>	74
<i>Thecolitus lapis</i>	71	<i>Vnio unde dicatur</i>	74
<i>Tytormus bubsequa</i>	15	<i>Vniones aurium ornamen-</i>	
<i>Typhona</i>	30	<i>tum</i>	75
<i>Trochilos quid</i>	71	<i>Vniones pedibus calcarunt</i>	
<i>Topazius</i>	72	<i>heteres</i>	75
<i>Topazion insula</i>	72		

F I N I S.

IN DACTY-
LOTHECAM MARBO-
DEI GALLI PRAEFATIO,
cum Scholijs Georgij Pictorij
Villingani Doctoris
Medici.



Nnulus ut gemmam digitis ap-
tandus haberet,
Dicitur in primis fecisse Promee-
theus usum.

Caucasæ rupis, quem lucida
fragmina ferro

Inclusisse ferunt, digitosq; recepta tulisse.

Aetas posterior iunxit præciosa metalla,

Et lapides claros adiecit, & insuper artem.

Insuetamq; manum triplici uestiuit honore.

Sed fraus intactum quia nil humana relinquit,

Inuida naturam scilicet quando ars imitatur,

Veras à falsis labor est discernere gemmas,

Callida quas dederit uitio simulare doloso,

Dum uerã species mēitur adultera formam.

Inde fit, ut uirtus gemmarum nulla putetur

Ignaros quotiens tentata probatio fallit.

Sed ueræ species fuerint si rite sacratæ,

Effectus miri procul ambiguo comitantur.

A Gemas

DACTYLOTHECA

Gemmis à gummi nomen posuere priores,
Quod transplenderent gummi splendentis
ad instar.

Quæ non translucent cœcas uoluerunt uocari,
Nomine sed lapidū species signantur utræq̃:
Propter quod lapidū titulo liber iste uocatur.

PICTORII SCHOLIA.

Annulus ut gemmam) Macrobius Romanis annu-
lorum cum gemma addicat inuentum. Et non omnibus com-
munem fuisse annulum docet, sed liberis tantum signandi cau-
sa permisum. Cui suffragatur Ianuensis monachus, diuerso

Simia
Roma-
nis flagi-
tij sym-
bolum.

tamen modo. Dicit enim Romanis quondam lege cautum, ut
qui flagitium penso nō admodum graue commisisset, pro fla-
gitij tessera suspensam à collo gestaret simiam. ex ferro scul-
ptam, nates non sine magno gestantis probro, sursum erigen-
tem uersus os flagitiosi. Sed hoc ad plures deuenisse, etiam

Ferreus
annulus
quando
in usu.

magnates, scribit, Vnde altera successerit lex. Ut qui dam-
natus esset, simia ablegata, in læua manu ferrum gestant an-
nulum. Quæ lex post aliquam annorum seriem ornamentum
fuerit, & minimum dedecus, fecerintq̃ postremo aureos ma-

Aureus
annulus
quando
incepe-
rit.

gno sumptu, amplius non flagitij sed honoris symbolum, in-
creueritq̃ eorum frequentissimus usus. Iosephus Gorionis fi-
lius tertio antiquitatum Hebrais adscribit annulorum origi-
nem. Eosq̃ Moysi tempore, qui annis quadringentis bellum
Troianum, teste Eusebio, præcesserit, extitisse asserit. Sed
hoc loco Marbodeus Græcorum inuentum astruit. Nam Ar-
giuum Prometheum Ioui contemporaneum, annuli inuento-
rem scribit, quem à Caucasō monte solutum. ex cathena qua
impedi-

MARBODEI GALLI.

Impeditus fuerat. pro rei memoria, annulum fecisse innuit, ex saxo gemmam. Harum rerum aliquam mentionem facit Q. Curtius rerum gestarum Alexātri Magni libro sexto, & Apianus tertio de bello punico.

Adiecit & artem) Veteres artem adiecisse legimus annulis, uel astronomicam magica adhaerente, uel sculptoriam. Annulis adiecta est astronomica ars. Primam quippe mira stellarum fortunatarum ascendentium, & lunæ auspiciatæ obseruatione, accedentibus nominum, characterum & suffumigationum studijs, per quæ gestantes longæuos effici ac tutos, crediderunt à periculis, sicut in Iarcha sapientum Indorum principe facile percipitur, qui Philostrato referente, quod septem annulos planetarum uirtutibus iniciatos habuit, annū compleuit, uegeto corpore, centesimum ac tricesimum. Et Eudamo philosopho, qui per annuli uim serpentum morsus, fascinationes & demonia uicit, Sculptoriā Dioscorides exercuit. Qui Augusto Casari signatorium fecit annulū, primo Sphingos imagine sculptum. Hinc Alexandri Macedonis effigie, ac denuo sua propria. Eudamus serpentes uicit ut annuli.

Theodorus item Samius, qui Polycrati Samiorum regi ex Smaragdo & Sardonice affabre admodum fecit annulos, ue miraculi uice connumerati sint Plinio & Suetonio testibus.

Triplici uestiuit honore) Auro, gemmis, & arte. Ab eo digito qui minimo proximus est, sinistrae manus, à quo neruus promanat ad cor uitæ initium. V. de Plinium libro 35. Capite 1. Macrobius Sat. lib. 7. cap. 13. Aulus Gell. noct. Att. lib. 10. Cap. 10.

Sed fraus intactum quia) Fraudulētam & uersipellē nostram atatem nihil intactum seu (ut Plinius ait) intactum. Nostra atas fraudulenta.

A 3 ratum

D A C T Y L O T H E C A

Gemmis
facile im-
ponitur.
Quomo-
do fiat
Smarag-
dus nō
uerus.
Quomo-
do Sa-
phyrus
fiat adul-
terinus,
quomo-
do ada-
mas.

tatum relinquere, uel illud argumento est, quod calchomi-
tici naturæ tam ingeniose student assequi conatus, ut (quem-
admodum nemo non nouit) periculosum sit aut gemmas ex
Emporijs emere aut uendere. Nam citra puluerem (quod di-
citur) factitijs aut deceptorijs, cuius imponitur, sicut est ui-
dere dum inter duas planas tabulas cristalli, color cum gluti-
no ponitur multum perspicuus & uiridis, coniunctionis rima
aureo annulo bene tecta, & pro Smaragdo uēditur. Vel dum
Saphyri tabulas duas ob tenuitatem & colorem debilem inu-
tiles, glutino subtiliter iungunt colore intermediente cæruleo
& pro optimo Saphyro uenditant. Seu quando ignis ope, na-
tura luctante cum arte, Saphyrum in adamantem uertunt.
Quod sic fit: Saphyrum accipiūt alioquin nitidum, sed dilu-
tum, quem cum auro sensim igni adponunt donec aurum li-
quescat, hoc sermè tribus aut quatuor contingit horis. Post
gemmam eruunt, sensimq; refrigerari curant, & colore albo
supposito, clarum perspicuumq; qui etiam limam respuat,
adamantem ostentant. Sunt tamē qui Saphyros auro non in-
coquant, sed creta inuolutos igni adponant, quibus eodem
modo, fraus succedit lucrosa.

Gemma
nū pba-
tio quin-
tuplex.

Tentata probatio fallit) Quinque modis gemmas
probare solemus an naturales sint aut fictitiæ, Siquidem pon-
derando hoc fit potissimum, quando naturales factitijs sunt
grauiores, quia minime sunt porosi, dempto Smaragdo. Hinc
tactu quoq; id experimur quod naturales sint frigidiores de-
ceptorijs. Tertio lima, qua naturales non atteruntur si Topa-
zium excipias, & sub Boreali aut frigida zona gemmas ena-
tas, quarum succum calor non admodum perfectè attenuare
potest.

potest, ut durefcant penitius. Quarto uifu, quando naturales grato intuitu spectantis fascinant oculos, quod illis color in- fit multo nitidior. Quinto igne, Naturales enim, nullū igni- si suscipiunt nœuum, sed in pulchriorem maxime assurgunt colorē, si Chrysolectrū & uiri gēmas sustuleris, quæ ignibus sunt obnoxia, propter humoris semicocti abundantiam.

Naturalium ex figura Plinius ualorem indicat. Nam cauas & extuberantes aequalibus uiliores scribit, oblongas multum probari ait, post quæ sunt formæ lenticularis, rotūdas denuo. Sed angulosas minimam asserit gratiam, lib. 37. cap. 12.

Addimus huc superpondij loco uirtutem gemmas ammit- tere elementarem, propter senium & morbos, quod uerum es- se lapis Hercules recte indicat, qui annosus ferrum non attra- hit. Et aliæ gemmæ indicant dum pallefcere, obfuscarī cari- emq; pati, mortosa existentes, uirium suarum priuatæ ince- perint.

LAPIDIBVS INESSE VIRES.

Euax rex Arabum fertur scripsisse Neroni,
Qui post Augustū regnauit in orbe secūdu
Quot species lapidis, quæ nomina, qui uē
colores,

Quæq; sit his regio uel quanta potētia cuiq;
Hoc opus excerpens dignū cōponere duxi
Aptum gestanti forma breuiore libellum,
Qui mihi præcipuis, paucisq; pateret amicis
Nam maiestatē minuit qui mystica uulgat,
Nec secreta manent quorū fit conscia turba.
Hūc tribus ut multis dandū sancimus amicis

A ; Qui

Figura
quando-
que gem-
marum-
ostendit
bonitatē
uel ma-
litiā.
Magnes
annosus
non at-
trahit
ferrum.

DACTYLOTHECA

Qui numerus sacer est, & nos sacra pandi-
mus illis,

Qui secreta dei seruanda decenter honorant,
Quos grauitas morum, uitæ commendat
honestas.

Gemma
nūcogno-
scere o-
culca e-
gregiū.

Ocultas etenim lapidum cognoscere uires,
Quorū causa latens effectus dat manifestos,
Egregium quiddā uolumus rarumq; uideri.
Scilicet hinc solers medicorum cura iuuatur
Auxilio lapidum morbos expellere docta.
Nec minus inde dari cunctarum commoda
rerum,

Autores perhibent quibus hæc perspecta fe-
runtur.

Nec dubium cuiq; debet, falsumq; uideri

Quin sua sit gemmis diuinitus insita uirtus

Omnia
bona de-
bemus
amicis.

Paucisq; pateret amicis) Si quid uspiam boni ha-
bemus, post patriam parentesq; iure quodam debemus ami-
cis Platone ad Architam referente, Marbodeus igitur, ne im-
pendio commodi priuati studiosus uideatur, hunc de gemmis
tractatum paucis cōmunicandum scribit amicis. Sciens apud
quosuis quauis de re præter dignitatem effluentem, maiesta-
tem rei minuere, Chrisippiq; argumento impium dici.

Parana-
ticon Ve-
getij.

Nec secreta manēt) Hinc Metellus nemini sua con-
credere uoluit archana, dicens si tunicam, quia indutus erat,
sui consilij consciam nouisset hanc concremendam iudicaret.
Cuius opinioni parum dissonat Vegetij paranaicon, quæ a-

Eturus es

MARBODEI GALLI.

Flurus es cum paucissimis uel potius ipse tecum agito.

Qui numerus sacer est) Ternionis numerus apud Priscos ideò habebatur sacer quod competeret Ioui, Soli, & Veneri, tribus certè fortunis. Quodq; maxime interfuerit magorum mysterijs, sicut in pharmaceutria his uerbis Maro ostendit.

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore

Lycia circundo, terq; hæc altaria circum

Effigiem duco, numero Deus impare gaudet.

Ternionis rationem describit Plinius libro 10. cap. 2.

Quibus hæc perspecta feruntur) Autoritatem & Fidem testibus sibi conciliat oculatis, oculos enim fideliores auribus esse ex Herodoto in Clyone nouimus. Et Horatio in arte poëtica dū inquit : Segnius irritat animos demissa per aures. Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus. Lucretius in sexto rationem addit dicens:

Quia semper ad aures

Tardius adueniunt quam uisu quæ moueant res.

Nec dubium est cuiquam) Lapidibus uirtutes inesse nemo est qui dubitet, quæ ab influentia peculiari planetarum, & symmetria elementorum, ex materia subtiliore & puriore illis obuenant, sicut dilucide uel hinc comparet, quod in India & Aethiopia ubi Sol oriens & meridionalis melius operatur, preciosiores emergunt lapides, quam in occiduis & septentrionalibus regionibus. Diuus Thomas herbas lapidesq; cælitus mirabiles, ultra elementarem uirtutem, habere uires scribit tertio libro contra Gentiles. Huic consentiunt Alexander peripateuias, Hermes, Euax, Bocchus Zoroastes,

A 3 Ifas

DACTYLOTHECA

Deus re-
git astra,
figillat i-
deas, di-
rigit in-
telligen-
tias. Isaac Iudaus, Zacharias Babylonicus, & multi alij. Sed Academici cū suo Platone Ideis rerum formatricibus, Auicenna Arabs intelligentijs, & Albertus formis rerum specificis adscribunt. Vei tamen omniū scopus est, Deum in primis regere astra, sigillare ideas, dirigere intelligentias, & in lapides herbasq; seminare occultas rerum formas.

DE ADAMANTE,

Cap. I.

De Adamante scribunt Plinius libro trigesimo septimo, cap. quarto, & in prologo uigesimali. Albertus lib. 2. tract. 2. cap. 1. Solinus cap. 61. Serapio lib. aggreg. cap. 391.

Vltima præcipuum genus India fert Adamantis,

De Cristallorū natum sumptumūe metallis.

Hunc ita fulgentem cristallina reddit origo

Vt ferruginei non desinat esse coloris:

Cuius duricies solidissima cedere nescit

Ferrum contemnēs, nulloq; domabilis igne,

Incudis damno percussorumq; labore,

Hæc tamen hircino calefacta cruore fatiscit.

Huius fragmētis gemmæ sculpuntur acutis.

Hic sed auellana maior nuce non reperitur.

Alterius generis producit Arabs adamātem

Non sic inuictū, Nam frāgitur absq; cruore,

Nec par huic nitor est, precijq; minoris ha-

betur,

Pōdere sit quāuis & enormi corpore maior.

Ter-

MARBODEI GALLI

Tertius est adamas quem dat maris insula
Cyprus.

Quartum producit ferraria uena Philippis.
Omnibus æqua tamē uis est adducere ferrū,
Quod facit & magnes absente potens ad-
mante:

Nam præsens adamas magneti quod rapit,
aufert.

Ad magicas artes idem lapis aptus habetur,
Indomitumq; facit mira uirtute gerentem,
Et noctis lemures, & somnia uana repellit,
Atra uenena fugat rixas, & iurgia uincit,
Infanosq; curat, durosq; reuerberat hostes.
Clausus in argento lapis hic auroūe geratur
Stringat & hunc læuum fulgens armilla la-
certum.

SCHOLIA.

Ultima India) Adamantem in India nocte saltem in-
ueniri scribit Vincentius, quod tunc lunares radij fulgorem
lapidi tribuentes, hunc prodant.

De Cristallorum natum) Habet omnis gemma su-
am propriam matricem è lapide quodam formatam, in qua,
succo destillante, uelut infans materno sanguine, nutritur.

Smaragdus enim præsio innascitur & Iaspidi quandoque.
Silici Iaspis. Carbunculus Balasio, Sarda Onichi, Cristallus
Marmoris, & Adamas Cristallo, quem affabre admodum re-
fert, ut sæpe decipiat etiam solertissimos māgones, dum Cri-
stallum pro Adamante emunt. Vbi tamen, si nouerint, non

Que ada-
mantem
à Cristal-
lo sepa-
reat.

A s fallum

*Herminie adamantiū confectio scribitur Guido de Guiliamo
scribitur Valeriano lib. 6. cap. 8.*

falluntur, quia Adamas nitorem habet uiuaciorem & robu-
stio-rem, sic ut non solum splendeat sed rutillet quoq; & emi-
set, Impermutabilis ad ignem, ferreum, uetustatem & usum,
quæ omnia Cristallum celerrime obladunt, festucas item tra-
hit Adamas, si incalefeat, ut electrum, tamen obscurius pro-
pter paruitatem, ubi cristallus nihil agit.

Ut ferruginei non desinat) Ex diuersa exhalatio-
ne locorum, gemmis diuersus emergit color, Exhalatio enim
terrea & exusta ferruginei informat coloris gemmas, pura
aërea, aquea ue, candidi humida nimium uiridis, calida exce-
dens rubei atq; humida nimiumq; excocta cœrulei.

Nulloq; domabilis igne) In nonum usq; diem fla-
grans non exurit.

Notatur
autorum
Secordia.
Incudis damno) Hic maxima notatur autorū etiam
optimorum secordia, ut qui facile experiri potuissent illa quæ
narrantur de adamantis duricie, Fabulosa enim habentur,
dum malleolo in scobem, sine hircino sanguine cōficiuntur, qua
deinde gemmariorum opera, in summum nitorem adamas
facile expolitur.

Sanguis
hircinus
infringit
lapidem.
Nec tamen hircino) Fatiscit sanguine & carne hir-
ci, maximè, sicut quidam testantur si hircus uino & petrose-
lino, uel silere montano aliquandiu saginatus cruorem dede-
rit, quem item uesicæ calculum infringere medici perhibent.

Somnia
uana
repellit.
Quod rapit aufert) Adamantem iuxta ferrum posi-
tum, raptu fortio-rem magnete Plinius scribit, Sed Anglicus
Adamantem alijs gemmis adpositum in se eam omnium
recipere uires asserit.

Somnia uana repellit) Somnia uana sunt, quæ ple-
rumq;

rumq; non ex reuelatione diuina, sed ex uaporibus à corrupto humore eleuatis, ad organum phantasiae uel sensus communis oriuntur, imprimantibus sensum uel phantasma rei à qua deciduntur, Galenus sic habet in libro de somnijs.

Rixas & iurgia uincit) Reconciliationis gemmam ueteres dixere adamantem, quod dissidias inter maritum & uxorem edulcare & hostilem compescere furorem consueuerit, potissimum lauo alligatus lateri.

Clausus in argento) Guilielmus de Conchis maiorem uim arbitratur habere, si huic lapidi ferrum subponatur, annulo pro dignitate aureo existente.

DE ACHATE,

Cap. II.

De Achate Plinius lib. 17. cap 10. Albert. miner. lib. 1. cap. 2 Solinus cap. 11. Diurius in Scrinio cap. de complexionibus & complex.

Vt primum perhibent lapis est inuentus Achates

In ripis fluuuij qui nomine dictus eodem est.

Hic præcio diues Syculas perlabitur oras,

Sit licet ipse niger uenis tamen obsitus albis.

Hic lapis ingenitas memoratur habere figuras,

Cuius natiuis facies interlita uenis.

Nunc regum formas, nunc dat simulachra deorum.

Rex Pyrrhus digito gessisse refertur Achate
Cuius

Cuius plana nouē signabat pagina 'mūfas,
 Et stans in medio cytharā tangebāt Apollo:
 Naturæ non artis opus, mirabile dictu.
 Hunc quoq; corallo similē gerit insula Creta
 Cuius planities croceis est illita uenis.
 Iste nepæ uirus fugat, & quod uipera fundit.
 Reddentē facies uarias, dat & Indus Achatē
 Hunc nemorum frondes, hūc dantem signa
 ferarum.

Hic sedare sitim, uisumq; fouere putatur.
 Est & qui myrrhæ succensus spirat odorem.
 Est qui sanguineas maculas perhibetur ha-
 bere

Cerea cui facies, quia creber, uilis habetur.
 Portanti munus uiresq; ministrat Achiates,
 Facundum facit, gratumq; boniq; coloris,
 Et persuasorem mundoq; Deoq; placētem,
 Hoc Anchisiades comitante pericula uicit.

S C H O D I A.

Naturæ non artis opus) Celeberrimus in historijs
 est Achates Pyrrhi regis, nouem musas cum Apolline in
 medio cytharam pulsante referens, quem Plinius tam affa-
 bre absolutum fuisse scribit ut singulis musis sua quoq; com-
 paruerint insignia 37. lib. cap. 1. Sed qualiter scribenti fidē ha-
 beat Hieronymus Cardanus insignis philosophus dilucide in
 septimo libro subtilitatum ipse commonstrat: Quando pi-
 rreum quendam ualidis coloribus lapidem è marmorum ge-
 nere

Carda-
 nus nihi-
 li facit
 Achatē
 Pyrrhi.

vere summo artificio pinxisse refert, quem in posterum casus
uel industria eo loci sepeliuerit, ubi Achates gigni consueue-
runt pellucidi. Ex quo denuò ars naturam longa annorum
serie luserit, quæ in se talem picturam quasi propriam reti-
nuerit.

Reddentē facies uarias) Tam uarij generis Acha-
tes est, ut non inum lapidem esse credas. Est enim candidus,
rubeus, croceus, caruleus, uiridis, cinericeus, niger, & uarij
coloris, Vbi lucos quidam, prata, animalia, flumina, flores,
arbores, aristas, homines, & similia ostentant, Hieronymus
Cardanus Achate se habere scribit, qui natura hemisphæri-
um referat cœli, distinctis orbibus cum terra, aquis supere-
minente. Item quosdam humanos oculos habere scribit &
leucophthalmos dici, nã nullos capræ & ægophthalmos, &
lupi alios atq; lycophthalmos uocari. Complures etiam mixtis
coloribus dubiæ naturæ, quum alios lapides è uario genere
sibi intermixtos habeant.

Facundumq; facit) Ob quam causam Achates fa- Cur A.
cundiam linguæ præstet, Diurius ostendit in scrinio capite de chates
complexionibus & complexionatis. Dicit enim Mercurium facun-
planetam directiori aspectu intueri Achatem, quem inualidū diam.
Plinius docet, si non humano trañciatur pilo 37. cap. 10.

DE ALECTORIO.

Cap. III.

De Alectorio Plinius. 37. cap. 10. Alber. lib. 2. tract. 2. cap.
1. Solinus cap. 4. Anglicus lib. 16.

Ventriculo galli qui testibus est uiduatus
Cum

10 DACTYLOTHECA

Cum tribus ad minimum factus spado uix,
rit annis,

Nascitur ille lapis cuius non ultima laus est,
Et per bis binos capit incremēta sequentes,
Hinc Alectorio nomen posuere priores,
Mensuramq; fabæ crescens excedere nescit,
Cristallo similis uel aquæ cūlympida paret.

Milo A-
lectorio
uicit.

Inuictum reddit lapis hic quēcunq; gerentē:
Nam Milo Crotonias pugiles hoc præsiue
uicit.

*Milo
Cristallo
Alectorio
uicit.
Hic oratorem
Constantem
Commodus
marito
Vt bona tot
SCHOIA
Ventriculo
bodeus hic
riri lapidem
fermē omnes
milonē
Battionē*

Hoc etiam multi superarunt prælia reges.

Extinguitq; sitim sitientis in ore receptus.

Hic expulsoꝝ pꝛoptus solet esse reductor,

Adquiritiq; nouos, ueteresq; reformat ho-
nores.

Hic oratorem uerbis facit esse disertum,

Constantem reddens, cunctisq; per omnia
gratum.

Hic circa ueneris facit incentiua uigentes;

Commodus uxori, & quæ uult fore grata
marito

Vt bona tot præstet clausus portetur in ore:

SCHOIA

Ventriculo Galli) Possent absurda haberi quæ Mar-

bodeus hic scribit, Quippe in Capi uētriculo qui calet, repe-

riri lapidem frigidissimæ substantiæ. Constat enim lapides

fermē omnes frigidos, & frigoris adnasci ope. Frigorisq; il-
lesos

lentos conseruari ope, hoc clarissime tactus ostendit, si istud non sufficiat argumentum quod igne sic remollefcant quasi omnes, ut facilius perforari possint. Tamen duobus modis lapides in animalibus generari constat, primus est ratione frigoris sicut in limace cernitur, perca, cancris, bufone, & indicis testudinibus multum argentibus, Secundus ratione caloris sicut fel tauri edocet, & rubeæ bilis uesica, hominis eo scabiei genere laborantis, quod lepram medici appellitant, quæ membra calida, exsiccationis ui, lapides condensant.

Bifariam
lapides
in anima
libus.

Pugiles hoc præside uicit) Milo Crotoniates qui Prisci Tarquinij uixit temporibus alectorio fretus, præter Tytormum bubsequam, qui roboris excellentia bouem constantissime tenere potuit, omnes pugiles uicit. Vide Ludouicum Cælium Rhodo. lib. antiq. lect. 11. cap. 70.

Extinguit (s) sitim) Vnde Guilhelmus de Conchis capum qui hanc gemmam secum habeat, nūquam sitire scribit.

DE AMETHISTO.

Cap. IIII.

De Amethisto Pli. lib. 37 cap. 9. Isidorus lib. 18. Albert. lib. 2. Syluaticus in Pand. cap. 390.

Purpureus color ac uiolaceus est Amethisto,
Vel quasi gutta meri solet aut rosa munda uideri.

Quidam marcidior uelut euanescit in album
Ut corruptus aqua uini robur esse putetur.

India mittit eum gemmarū maxima nutrix.

Hic

Hic facilis sculpi, contrarius ebrietati,
 Charus haberetur merito si rarior esset,
 At nūc negligitur quoniā cōmunis habetur
 Huic quoque dat species ueterum sententia
 quinque.

SCHOLIA.

Gemmarum maxima nutrix) Quia solis effica-
 rior est uirtus in oriente quā occasu, plura ibi proueniunt
 quæ in alijs partibus nusquam reperiuntur. Cuiusmodi sunt
 gemmæ, aromata, & quæ ampliorem expetunt calorem,
 sicut leones, tygrides, elephanti, & huius generis alia.

Contrarius ebrietati) Amethystum ebrietati con-
 trarium scribit Aristoteles si umbilico adponatur, Sic enim
 opilantes fumositates uini, ad cerebrum peringere non posse
 arbitrat, ut rationem seducant.

Ceterum sententia quinque) Species Amethysti
 sunt multæ, sed quinque magis notæ. Quarum prima Indica
 est, quæ absolutum purpuræ colorem refert, & optima est.
 Secunda quæ ad hyacinthum descendit, cuius colorem Indi
 Sacon, & gemmam Sacodion appellitant. Tertia quæ Pa-
 ranitis dicitur in contermino Arabiæ reperibilis. Quarta
 uini colorem ostentat. Et quinta colorem cristalli accedit,
 albicæte purpuræ deiectu, quæ minime probatur, Plinius lib.
 17. cap. 9. Tamen quasuis species probatas aiunt contra præ-
 stigiatorum imposturas, & aëris tempestates. Contra item
 lethargum, si cynocephali pilo aut hirundinis pluma traiciat-
 ur, solis aut lunæ inscripta nomenclatura.

DE AN-

MARBODEI GALLI . 17
DE ANDRODAMANTA.

Cap. V.

De Androdamanta Alber. lib. 2. miner. tract. 2. cap. 1 Plin. lib. 17. cap. 10. Vincent. in specul. nat. lib. 9. cap. 45. Solinus cap. 45.

Androdamanta lapis formæ quasi tessera
quadra,
Dicunt argenti ueteres perferre colorem,
Cuius durities quasi durities Adamantis.
Ipse maris rubri mixtus reperitur harenis,
Quem magus affirmat tantę uirtutis haberi,
Ut præsens animos possit sedare calentes.

SCHOLIA.

Androdamas) Plinius huic lapidi nomen inditum, putat ab eo quod domare ac refrenare possit calentes, hoc est ira concitatos animos, libro. 17.

DE ABSINTHO.

Cap. VI.

De Absintho Albertus libro 2. tract. 2. cap. 1. Isidorus de gemmis nigris. Pandectarius Absinton habet. Sed Plinius Apiston.

Absinthos nigri non ultima gemma coloris,
Ad gratam speciem rubeis interlita uenis,
Pondere maioris mensuram corporis æquat:
Hęc simul admoto suscepit ab igne calorem,
Testantur calidam septem durare diebus.

B SCHO-

DACTYLOTHECA
SCHOLIA.

Plinius *Asiston* hunc lapidem uocat & incredibilem interpretatur, ab effectu nimirum, uidetur enim incredibile lapidis susceptum ab igne calore ad septimū durare posse diem.

DE ABESTO,

Cap. VII.

De *Abesto* Pli. lib. 17. cap. 10. *Asbeston* habet Solinus. Albertus lib. 1. Isidorus lib. 10.

Archadię tellus lapidem producit *Abeston*:
Ferreus huic color est, naturę mira potestas,
Nam semel accensus cōceptos detinet ignes,
Extinguicq; nequit perducens perpeti flāma.

SCHOLIA.

Abeston Producit *Abeston*) Ex *Abesto* in *Veneris* templo
in *Veneris* templo quondam candelabrum fuisse scribit Isidorus, sic ardens ue
ris templo. nulla tempestate, nullo ue imbre extingui potuerit. Hunc *Salamandrae*
pluuiam Albertus nominat, quod *Salamandrae*
naturam referat.

DE ALABANDINA,

Cap. VIII.

De *Alabandina* Pli. lib. 16. cap. 8. ubi *Alabandicum* nominat, Anglicus lib. 10.

Est *Asiæ* regio quę nomē habet *Alabanda*,
Fert *Alabandinam*, cuius lux æmula *Sardi*,
Iudicis ambiguum de lumine fallit acumen.

SCHO-

MARBODEI GALLI

SCHOLIA.

Alabanda) Estrubei coloris Alabanda, Sardinio haud
absimilis. Inuenitur tamen inter Hyacinthum & Berillum
quandoq; media, Chalcedonium referens, sed in hoc disse-
res, quod super calefacta fundendo in uitrum potest formari,
& pharmacis quæ sanguinem augent adhibita, utilis conse-
tur, Plinio doctore.

DE BERILLO,

Cap. IX.

De Berillo Pl. lib 37. cap. 5. Albert. lib. 2. tract. 2. cap. 2.
Solinus cap. 65. Isidor. de gemis uiridibus, Serapio cap. 198.

Conspicuos reddit sexangula forma Berillos,
Quæ nisi sit hebes, his pallor inesse uidetur.
Eximios oleo similes lymphæ u'e marinæ
Esse uolunt, & eos probat harum gnara ue-
tustas.

Hic lapis ad partes nostras descēdit ab Indis.
Hic & coniugij gestare refertur amorem,
Et se portantem perhibetur magnificare.
Dicitur & sese gestantis adurere dextram.
Infirmis oculis in quis iacet unda medetur,
Potacq; ructatus simul & suspiria tollit.
Et cunctos hepatis fertur curare dolores.
Istius esse nouem species uoluere magistri.

SCHOLIA.

Sexangula forma) Poliuntur omnes sexangula figu-
B a ra, hebe-

ra, hebescunt enim ni color surdus repercussu angulorum excitetur, sic Plinius.

Hic & coniugij) Id uerū esse scribit Albertus, quum sauinæ folia sibi habeat substrata.

Suspiria tollit) Tritus & liquoribus permixtus non solum anhelitus difficultate laborantibus, uerum hepaticis quoq; & stomaticis, Dioscoride teste subuenit.

Nouem species uoluere magist.) Nouem species enumerant autores. Tamen Plinius ex his probatissimos asserit, qui uiriditate puri maris nitent, Hinc qui modicum pallent & Chrysoberillos dicunt, Tertio Chrysopasios quos Marbodeus proprii generis esse scribit, Quarto Hyacinthiones, Quinto Heroidos, Sexto Cerinos, Septimo Oleageos qui sunt coloris olei, Plinius lib. 17.

DE CARBUNCULO,

Cap. X.

De Carbunculo Plinius lib. 17. cap. 7. Albert. lib. 2. tract. 2. cap. 5. Isidorus lib. 16.

Ardentes gemmas superat Carbunculus omnes,

Nam uelut ignitus radios iacit undiq; carbo,
Nominis unde sui causam traxisse uidetur.

Antrax
lapis.

Lingua sed græca lapis idem dicitur Antrax:
Huius nec tenebrę possunt extinguere lucē,
Quin flāmas uibrās oculis nitet aspicientū.
Nascitur in Lybia Troglodytarum regione,
Et species eius ter trinæ tresq; feruntur.

SCHO-

SCHOLIA.

Ardentes gemmas) Ideo Philosophus hanc gemmam omnium gemmarum gnomonem dicit & regulam, Sed Plinius Opalum huic præponit, quod Opalus Carbunculum flamma uincat, Amethystum purpura, & smaragdum gramineo uirore, Albertus Carbunculum ad reliquas gemmas tanti facit, quanti aurum ad ferrum uel plumbum.

Gemma
rum gno
mon.

Tertina tresq;) Rerum periti uanas ponunt Carbunculi differentias. Sed tres potissimum in precio esse liquido patet. Est enim Pyropus qui miræ magnitudinis & splendoris in Pega Indiæ oppido reperitur, sic tenebras irradians, ut quæuis, ac si clarus sol elucescat, in extremo uideas angulo, hunc marem dicunt. Cui proximus est qui dum lebeti imponitur cum aqua, luminis uice quoq; tenebras irradiat. Sed tertius uilior qui ex se non conspicuus est, sed aliunde splendorem mutuatur, quem fœminam asserunt. Omnes tamen in hoc sunt autores, ut animos in gaudium excitet Carbunculus & uenenis resistat.

Carbun
culo se-
xum tri-
buunt.

DE CHRYSOLITO,

Cap. XI.

De Chrysolito Plinius libro 17. capite 8. Albertus libro 2. tract. 2 cap. 3.

**Auro Chrysolitus micat & scintillat ut ignis
Iste mari similis quiddam uiroris adumbrans,
Esse phylacterium fixus perhibetur in auro,
Contra nocturnos fortis tutela timores,
Pertusus setis si traiciatur a selli,**

B ; Dæmo-

Dæmonas exterret & eos agitare putatur.
 Traiectum læuo decet hunc gestare lacerto.
 Aethiopes legimus nobis hâc mittere gēmā.

SCHOLIA.

Chrysolitum esse mari similem) Gemmam quam nos Chrysolitum dicimus, ueteribus Topasium fuisse Plinius dilucidè his uerbis ostendit, Egregia etiamnum Topasio gloria est suo uirenti genere. Cuius similitudo ad succum porri dirigitur, quæ amplissima gemmarum, eademq; sola nobilium limam sentit. Nam cætera saxo aut cote poliuntur, quæ & usu atteritur, Hæc Plinius.

Chrysolitum frigidissimam esse gemmam, Crystallumq; excellere id argumento est, quod sitim sub lingua febricitantis compestat.

Cardanus quindecim grana huius gemmæ epota, melancholicis auxilio esse compertissimum scribit, sed Venerem infringere si nuda corporis attingat. Chrysolitum tritum & potatum Asthma & orthopnæam, uniuersalibus præmissis, curare Albertus docet.

Esse phylacterium) Thetel Iudæorum philosophus libro de sculpturis. Chrysolitum mulieris figura formatum inueniri ait qui phylacterium sit, hoc est custodia, quæ Arioli & incantatores aduersus nocturnos utuntur timores & melancholiam.

DE CHRYSOPRASO.

Cap. XII.

De Chrysopraso Pli. lib. 17. cap. 8. & 11. Solinus cap. 67.
 Albertus

Albertus libro 2. tract. 2. cap. 3.

Et Chrysoprason lapidē domus India mittit.
 Hic porri succū referens mixtumq; colorem,
 Aureolis guttis quasi purpura tincta renitet.
 Quas habeat vires potui cognoscere nondū,
 Sed tamē esse reor, nec est phas omnia nosse.

SCHOLIA.

Sed tamen esse reor) Chrysoprason uisum clarificare,
 cordi prodesse, auri suum propellere, & ad cuncta bona per-
 seuerantiam tribuere Dioscorides scribit.

DE CHRYSOPASIO,

Cap. XIII.

De Chrysopasio Pli. lib. 37 cap. 10, qui cum Chrysolampine
 nominat, Albertus Chrysopasion, Solinus cap. 42.

Aethiopū tellus lapidē Chrysopasion ædit.
 Quem tenebræ produnt, occultant tempora
 lucis.

Noctibus igne micās, euanesct luce diurna,
 Absq; nitore iacens auri palliore sepultus.
 Hic quoq; naturæ mutatus cernitur ordo,
 Nam quæ lux celat, solito nox more reuelat.

SCHOLIA.

Mutatus cernitur ordo) Fit in hoc lapide tenebra-
 rum quædam reciprocatio, uelut in quercu putrefacta & no-
 ticula, quarum omnium rationem ostendit perfectam Alber-
 tus in libro de anima.

B 4 DECHE

DACTYLOTHECA
DE CHELIDONIO,
Cap. XIII.

*De Chelidonio Dioscor. lib. 2. cap. 49. Pli. lib. 17. cap. 10.
Voi Chelidoniã uocat. Vincēt. in specul. natur. lib. 9. cap. 53.*

At Chelidonium lapis est quẽ gignit hirũdo,
Ventre gerens precium quo, digna sit ipsa
necari,

Nec de fulgentũ numero lapis esse putatur,
Paruus & informis, sed nulli uiribus impar;
Præclaros quo suis lapides premit utilitate.
Huius sunt binæ species, geminiq; colores:
Nam niger & rufus cœso de uentre feruntur.
Cedit gestato lunatica passio Rufo,
Curat & insanos & languores diurnos.
Facundos facit & gratos, multisq; placentes,
Ex lino factõ decet hunc inuoluere panno,
Et sic in chela clausum portare sinistra.
At niger in panno pacto gestatus eodem,
Ad finem dignum suscepta negotia ducit.
Obsistitq; minis & regum mitigat iras,
In panno croceo lini subtegmine texto,
Iste lapis positus febres extinguere fertur,
Et simul humores cõpescere quoq; furores.

SCHOLIA.

At Chelidonium lapis est) Chelidonium lapidem
ab hirundine, quam Chelidonam graeci dicunt nominari Dio
scorides ait, quod in uentriculo reperitur hirundinis. Vnde
quoq;

quoque herbam nomen habere quidam uolunt Chelidonianam
quam uulgo Schelkrut corrupto nomine appellitant. Nam
Schuualmkrut potius nominanda foret, quod hirundines hae
herba pullis suis uisum dare compertum habeamus.

Paruus & informis) Notandum gemmas neque nitore
neque magnitudine aestimandas. Licet enim minutulus sit &
deformis Chelidonium, tamen natura, quae nusquam sibi in
creatis non constat, quod magnitudini dempsit & nitore, uiribus
& uirtuti adiecit. Quemadmodum in Thideo quoque
Homericofactitatum legimus. De quo Naso in carmine ob-
sceno sic:

Utilior Thideus, qui, si quid credis Homero
Ingenio pugnavit, corpore paruus erat.

*a fortis Corpis qst
bon courage*

Cæso de uentre) Reperitur lapis ille in Iecinore uel sto-
macho hirundinis, si mense Augusto ante plenilunium prima
factura priusquam terram attingat, aperiatur Dioscorides.

Ex lino facto decet) Ut propriae uirtutis compos
habeatur Albertus, in uituli corio seu cerui aluta conserua-
um docet.

DE CORNEOLO,

Cap. XV.

De Corneolo Serapio aggre. cap. 400. Alber. lib. 2. tract. 2.
cap. 1. Anglicus 10.

(gebit,

Sed neque Corneolum lapidem numerare pi-
Qui licet obscurum uideatur habere colorem,
Non spernanda tamen huic creditur insita
uirtus.

B ; Nam

Nam lapis hic digito collo'ue gerentis ad-
 hærens,
 In disceptando surgentes mitigat iras.
 Qui lauaturæ carnis par esse uidetur,
 Sanguinis ex membro sistit quemcumque
 fluorem,
 Præcipue talem patitur si foemina fluxum.

SCHOLIA.

Sed neq; Corneolum) Hic lapis si multum rubeat,
 Sardius uocatur: si dilutius, Corneolus Reperitur in Fluuio
 sui nominis ut scribit Vincentius. Quidam tamen in aliqui-
 bus rheni partibus reperibilem fatentur.

Horum multitudinem filios Israhël in deserto tam affabre
 sculpsisse Anglicus docet. ut nemo huiusmodi artis imitatio-
 nem fuerit ausus deinceps aggredi. Quod uerisimile uidetur.
 Nam ob tria Corneolus, Sardius, & Sardonix, sigillis sunt
 aptissimi. Quia ceram conuellere nesciunt, & tenaces sunt
 aut mediocris duricie, atq; humore nõ hebetantur extraneo.

DE CALCOPHONO.

Cap. XVI.

De Calcophono Plin. lib. 37. cap. 10. Solinus cap. 50.

Calcophonos pulsata refert tinnitibus æra,
 Qui si tractetur reuerenter corpore casto,
 Vocis dulce melos ajunt conferre gerenti,
 Et ne rauescant liquidas defendere fauces,
 Hic

Hic etiam nigrū perhibetur habere colorem.

SCHOLIA.

Vocis dulce melos) Quod fortem & claram uocem gerenti tribuat Calcophonos, tragædis Plinius aptū scribit, qui magno clamore in palestra opus habeant.

DE CHRYSOLECTRO,

Cap. XVII.

De Chrysolectro Pli. lib. 17. cap. 3. & Aristot. in lapidario.

Esse Chrysolectros similis describitur auro, Cuius ad electrum color inclinare uidetur. Hic matutinis uisu iucundior auris, Dissimilem speciē post aspicientibus offert. Cuius materies rapidissima dicitur ignis, Nam cito uicinus correptus flagrat ab igne.

SCHOLIA.

Esse Chrysolectros) Chrysolectron Charabe citrinum dicimus geler Agstain, olim glesum, quod instar uitri pellucet natiua lingua, sed corrupte, Germani uocabant, Glas enim dicendum erat.

Chrysolectron collo alligatum febribus mederi narrant magi, tritū cū rhodolæo aurii ex crasso humore uitij, cū Attico melle tenebricosis oculis, & cacostomaticis ex nimio humor.

DE CHALAZIA,

Cap. XVIII.

De Chalaxia Pli. 17. cap. 11. Albert. lib. 1. tract. 1. cap. 7.

Sed

Sed male ibidem Gelosia scribitur, Solinus cap. 10.

Est quæ candorem fert grandinis atq; figurā,
 Lætibus omnimodis inuicta Chalazia gēma,
 Cuius naturæ uis tanta probatur, ut omni
 Tempore sit frigida, nulloq; caleseat ab igne.

SCHOLIA.

*Nulloq; caleseat ab igne) Est tantæ frigiditatis ut
 ab igne nunquam calefieri possit. Causam Albertus nimiam
 pororum scribit constructionē, quæ ignem ingredi non per-
 mittat.* (gemmam.

Animos nimium ira calentes extinguere idem docet hanc

DE CHELONITE,

Cap. XIX.

*De Chelonite Pli. 17. cap. 10. Vbi Cheloniam nominat Al-
 bertus lib. 2. cap. 1. perperam Celontem scribit, Vincentius
 lib. 9. cap. 14.*

Indica testudo lapidem mittit Cheloniten,
 Gratum purpureo, uarioq; colore nitentem.
 Quem si sub lingua loto quis gesserit ore
 Posse, magi credunt, hunc diuinare futura,
 Orto mane die sextam duntaxat ad horam.
 Tēpore quo lunæ succrescēs cernitur orbis.
 Sed luna prima lapidis prædicti potestas,
 Totius fertur spacio durare diei.
 Quintæ post decimam concordant tempora
 primæ,

Et de

Et detrimento lunaris tempore toto
Ante diē lapidi tantum manet illa potestas,
Est etiam nulli lapis hic obnoxius igni.

SCHOLIA.

Indica testudo) Testudines Indicae ex quibus hij lapides emergunt, tanta sunt magnitudinis, ut singularum superficies habitabiles casas integant. Atq; inter insulas rubri maris praecipue his nauigent cymbrs, Dentes non habent, sed dentium loco sunt illis rostri margines acuti, suprema parte inferiorem claudente pixidum more, pariunt oua auium ouis similia ad ducentena numero. Hæc Plinius lib. 9. cap. 10.

Indica
testudo
qualis.

Magi credunt) Hunc lapidem Plinius fabulosum existimat, ac magicis quibusdam inuentis connumeratum genunis.

DE CORALLO,

Cap. XX.

De Corallo Auicenna cano. 2. tract. 2. cap. 124. Serap. agg cap. 100. Dioscor. lib. 5. cap. 91. Plinius lib. 36. cap. 19. & lib. 35. cap. 2. Albert. lib. 2. tract. 2. cap. 1. Isidorus de gemmis rubeis, & Ouidius 4. transfor.

Corallus lapis est dū uiuit in æquore uimē,
Retibus auulſus uel cæsus acumine ferri,
Aere contacto fit durior & lapidescit,
Quique color uiridis fuerat modo, puniceus fit.

Et uelut arbuſti ramuſculus eſſe uidetur,

Circa

Circa semipedem uix longior inueniendus,
 Ex quo finguntur gestamina comoda multis,
 Quippe salutaris gestantibus ipse probatur.
 Illius, ut dixit, Zoroastes mira potestas,
 Et sicut scribit Metrodorus maximus autor,
 Fulmina, Thyphonas, tēpestatesq; repellit,
 A rate, uel tecto, uel agro quocunq; geratur,
 Aut in uinetis aspersus & inter oliuas,
 Aut à ruricolis cum semine iactus in agros,
 Grandinis auertit calamis contraria tela,
 Multiplicans fructus ut fertilitate redundet,
 Umbras dæmonicas & Thessala monstra re-
 pellit,
 Introitus præstat faciles, finesq; secundos,
 Collo suspensus pellet de uentre dolorem.

SCHOLIA

Corallus) Corallus nos dicimus, ueteres Corallium di-
 xere. Arabes Basad, Græci λίθου δένδρον quasi lapidem ar-
 boreum, quia maris creditur esse planta, quæ in lapidem cum
 ex profundo maris fuerit educta circumfuso aëre, ueluti can-
 dens ferrum aquæmersum, solidescat.

Thyphonas) Thyphonas uocamus fumigantes glo-
 bos & figuras nubium sine igne, Plinius lib. 2. cap. 48.

Thessala monstra) Veneficarum incantamenta in-
 telligit, quæ in Thessalia florent. propter Medeam Iasonis
 uxorem, sicut Naso scribit sexto Transformationum.

De uentre dolorem) Galenus quendam se à stoma-
 chi uicio

MARBODEI GALLI.

chi uitio saltem Coralli à collo pendentis admimiculo liberaf-
se scribit, Quod etiamnum Auicenna facit 2. cano. 2. tract.
2. cap. 124. Vnde matercularū quoq; ritus inualuit: ut infan-
tulis, ne epilentici fiant, cor stomachi Corallo integant.

Matres
cur in-
fantulis
corallio
utantur.

Hunc quidam uatem nominant, quia si nuda corporis tan-
gat, pallefeat, si gestanti quid periculi aut morbi incumbant,
adduntq; causam, quod uapor ille qui nondum molestiam ho-
mini affere potest, substantiam teneriorem lapidis affligat,
& patiatur gemma, quod homini ferendum erat.

DE CALCEDONIO,

Cap. XXI.

De Calcedonio Albert. lib. 2. cap. 3. Isidorus libro 16.

Calcedon lapis est hebeti pallore refulgens,
Inter Hyacinthū medioximus atq; Berillū,
Qui si pertusus digito collouē geratur,
Is qui portat eum perhibetur uincere causas,
Hæc species lapidis tantū tricolor reperitur.

SCHOLIA.

Vincere causas) Addit Albertus Calcedonium ad-
uersus demonum illusiones & imaginationes à melancholia
progenitas, ualde utilem.

Tricolor species) Primus enim Calcedonij color
Saphirinus est, secundus fuscus & pallidus modicum albes-
cens. Tertius permixtus rubeo, sic Guil. de conchis.

Reperitur) Reperitur apud Nasamones in Aphrica
& inter Basileam & Argentinam Isidoro referente.

DE CB.

*De Cerauneo Plinius lib. 37. cap. 9. qui Cerauneam uocat.
Anglicus lib. 16.*

Ventorum rabie cum turbidus æstuat aër,
Cum tonat horrendum, cum fulminat igne,
us æther.

Nubibus illisis cœlo cadit iste lapillus,
Cuius apud Græcos extat de fulmine nomē.
Illis quippe locis quos cōstat fulmine tactos
Iste lapis tantum reperiri posse putatur.

Vnde Cerauneos est græco nomine dictus:
Nam quod nos fulmen græci dixere Cerau-
num.

Qui caste gerunt hunc à fulmine nō ferietur,
Sed neque nauigio per flumina uel mare
uectus.

Turbine mergetur, nec fulmine percutietur.
Ad causas etiam, uincendâq; prælia prodest,
Et dulces somnos & dulcia somnia præstat.
Huic dantur binæ species, totidēq; colores.
Cristallo similem Germania mittere fertur,
Cœruleo tantum infectum, rutiloq; colore,
Mittit & Hispanus similem fulgore Pyropi.

SCHOLIA.

Germania mittere fertur) *Plinius habet Carma-
nia, quæ*

nia, quæ est regio orientalis prope Indiam & mare rubrum,
Strabo Geograph. lib. 1.

Sotacus apud Plinium libro 17. cap. 9. Cerauceos aliquot
esse securibus similes tradit, & his liceat expugnare urbes &
classes, uocariq; Betulos. Aliquos etiam rotundos quibus nul- Betulus.
la insit uirtus. Tamen Isidorus eandem uini utrosq; habere
asserit.

DE CRISTALLO,

Cap. XXIII.

De Cristallo Plinius lib. 17. cap. 2. Albertus lib. 2. Solin.
cap. 24. Isido. lib. 10. cap. 11.

Cristallus glacies multos durata per annos,
Vt placuit doctis qui sic scripsere quibusdã
Carminis antiqui, frigus tenet atq; calorem.
Pars negat, & multis perhibent in partibus
orbis

Cristallum nasci, qua nec uis frigoris ulla est,
Nec glacialis hyems nunquam uiolasse pro-
batur.

Sed certum cunctis, nec stat uiolabile tanq̃.
Quod lapis hic soli subiectus corripit igne,
Admotosq; sibi solet hic accendere fungos.
Hunc etiam tritum quidam cum melle pro-
pinant

Matribus, infantes quibus assignatur alendi,
Quo potu credunt implerier ubera lacte.

C SCHO-

Ut placuit doctis) Potissimum Seneca qui tertio libro naturalium quaestionum, uigesimo quinto capite, uerum κρύσταλλος id esse per Graecorum idioma probat, dum κρύσταλλος non tantum lapidem sonare ait: uerum & glaciem ex qua fieri creditur. Arbitratur enim caelestem aquam minimum in se terreni habentem, longioris frigoris pertinacia, magis ac magis inspissari, donec omni aëre excluso & humore, indurescat, ut lapis efficiatur. Senecæ suffragatur Aristoteles & Aulus Gellius noct. Attica. lib. 19. cap. 5. Et Plinius qui pertinacior & mordicus ferè illorum tuetur opinionem. Quoniam addit nec alibi Crystallum reperiri, quam ubi maxime hybernae niues algeant, libro 17. cap. 2.

Pars negat) Si quis Solinum de nouiundi legat miraculis, in regionibus quoq; Crystallū inueniri se utiet, ubi solis calor nimium aestuet. Cui etiamnum Arnoldus de uilla noua uir magnus eruditione subscribit: Nam Crystallum terrestri potentia, congelatae aquae instar, indurescere ait: Idq; exemplo esse quod in aurifodinis saepe reperitur haec gemma, in corpore rude argenteū habens, uel terrae glebam, quae ob id non uitiosa habeatur mangonibus, sed rarioris exempli. Sicut in

Agyrta Alsatia uetulum quendam in pago nouimus agyrtam aut Septharium, uinis uendendis & quadrigis imponendis praesidem, inertem rusticum. Cui Crystallus est, aquam cum tenui nigro innatam habens, qui dum inuersus, nigrum, ut leue, ascendit. Unde multis imponit, deierat enim cacodæmonem se inclusum habere, Indeq; archana scire & nemini cognita.

quidam
Alsatiae
ein uuy
lader.

gnita. Propter quod adhuc gregatim stolidi plebs accedit,
 ut de furtis, de morbis, morborum causis, & sanctis uindici-
 bus multa experiatur. Vbi saltem huius lapidis adminiculo,
 rei ablatae furem; quem minime nouit, indicat. morbum, que
 nescit, fatetur, & sanctum uindicem, qui nullus est, propalat.
 Si quis dolum sciens, dixerit, cur sic stolidis imponat, Cum Vespasia
 Vespasiano, inquit, Lucri odorem suauem ex qualibet re, In- ni dictu.
 sciis dominum intueri abyssos.

Accendere fungos) Id uerum esse in frigido Cry-
 stallo Plinius docet.

DE DIADOCHO,

Cap. XXIII.

De Diadocho Plinius 37. cap. 10. Albertus lib. 2. tract.
 2. cap. 4. Sed male ibidem scribitur Diacodos.

Diadochos perquam responsa petentibus
 apertus,

Dæmonis effigies uarias ostendere fertur,
 Nec lapis est alius qui fortius euocet umbras
 Sed si defuncto quis forsitan applicet illum,
 Protinus asseritur solitas ammittere uires,
 Namq; lapis sacer est, & quæ mors sternit ab-
 horret.

Hunc autem perhibent similem fulgore Ber-
 rillo.

SCHOLIA.

Euocat umbras) Ex sepulchris umbras euocandas
 C a credi-

crediderunt ueteres nostra religione nondum inēciati, uel gemmarum uel magica arte cum astronomica præparatarum. Vel suffumigationum potentia sine gemmis, sub opportunis stellarum influxibus factarum, Aut fascinationum ualore cum collyrijs, unctiōibus, alligatiōibus, certis coloribus, certis locis, & cantibus animæ imaginatiuam, spiritalemq; harmoniam excitare potentibus. Carmimibus quoq; stygijs, inuocatiōibus itē infernalibus & immolationibus, Legimus. enim a-

Qui mor-
tui resu-
scitati.

puclum in sexto libro Erichthonem maleficam, sic mortuum quendam ex tumulo resuscitasse. Qui sexto Pompeio omnem Pharsalici belli euentum prædixerit. Et Herculem sic Alcestem Admeti regis Thessaliæ uxorem, quæ in posterum diu uixerit restituisse. Et Tyanensem Apollonium puellam mortuam reuocasse, atq; Phytonissam, si sacra prophanis miscere liceat, Samuelis umbram reddidisse.

Phygalię
sacerdo-
tes.

In Phygalia Archadiæ ciuitate singulares in hoc destinati erant sacerdotes, rerum sacrarum peritissimi, ut uita functos ex tumulis per Necyomāciã quæ est Necromancyæ species euocarent, harum rerum mentionem facit Naso in amoribus.

Euocat antiquos proauos atauosq; sepulchris
Et solidam longo carmine findit humum.

DE DIONYSIA,

Cap. XXV.

De Dionysia Plin. 37. Albert. 2. cap. 4. Vincent. in specul. natural. 9. cap. 65.

Nigra micat rubeis Dionysia consita guttis,
Hanc

Hanc in aqua tritā uinum fragrare loquūtur,
 Et tamen ebrietas ipsius odore fugatur.
 In quo naturæ solito nihil ordine currit.
 Dum lapis ē lymp̄ha uini producit odorem,
 Quamq; citare solet uinum, fugat ebrietatē.

SCHOLIA.

Dionysia) A' Dionysio hoc est Baccho dicta est hæc
 gemma, quod uini odorem referat.

DE AETHITE,

Cap. XXVI.

De Aethite Galen. de facile acquisibilibus cap. 18. Serap. ag-
 gre. cap. 402. Dioscor. lib. 5. cap. 100. Plin. 37. cap. 11. &
 lib. 10. cap. 3. Alber. lib. 2. tract. 2. cap. 6. Solinus cap. 50.
 Diodorus libro 7.

Inter præcipuos lapides numeratur Ae-
 thites,
 Quē petit extremis orbis Iouis ales ab oris.
 Custodem uidi, defensoremq; futurum,
 Quo ualeat pullis dubios auertere casus.
 Continet hic alium prægnātis more lapillū,
 Creditur ergo potens prægnantibus auxi-
 liari,
 Ne uel abortiuum faciant, partu' ue laborēt.
 Appensus læuo solito de more lacerto,
 Confert præterea gestanti sobrietatem.
 Auget diuitias, & amari cogit habentem,

C. 1. Victor

DACTYLOTHECA

Victoremq; facit, populiq; fauoribus ornat,
 Incolumes pueros dat uiuere siue puellas,
 Atq; caducorum fertur prohibere ruinas,
 Si quis suspectus tibi sit de fraude ueneni,
 Tuq; probare uelis sua num sit iniqua uo-
 luntas.

Participem mēſæ quem formidas adhibeto,
 Pulmento posito cui sit submersus æthites.
 Si fraus corde subest, tentās glutire nequibis
 Si ruleris lapidem cupidè gustata uorabit,
 Puniceum lapis hic memoratur habere co-
 lorem:

Oceaniq; latens in littoribus reperitur,
 Aut aquilæ nidis aut Persarum regione,
 Quem gemini Pollux Castorq; tulisse fe-
 rantur.

SCHOLIA.

Aethites unde nota. Aethites) A colore aquilæ, quæ cauda est candicante, nomen habet æthites, autor est Plinius. Et enim aquilam sonat, unde aliquibus aquileus dicitur.

Iouis ales) Inter aues sola aquila non sentit fulmen, Vnde alitem, armigeramq; Iouis poëtæ fabulantur, quemadmodum Plinius lib. 1. cap. 11. & lib. 3. cap. 10.

Custodem uidi) Albertus nido adhiberi scribit hanc gemmam, ut ouis aquilinis quæ nimium feruent, temperiem inducat. Alij tamen ad exactam pullorum formationem conferre testantur.

Neuel

Ne uel abortiuum faciant) Auctori cōsentit Gale-
 nus, qui locos muliebres mundificare testatur hanc gemmam,
 qui non mundificati, plarumq; causa sunt abortus, A Venere
 & Luna id contingere Diurius edocet quarto capite sui Scri-
 nij, de complexionibus & complexionatis.

Aethites quadrifariam diuidit Plinius, Ait enim Aphrica-
 num esse pusillum ac mollem, intra se uelut in aluo habentem
 argillam, suauem, candidam atq; fricabilem fœminei sexus. Aethitis
quatuor
genera.
 Hinc Arabicum, durum, gallæ similem, subrutilum & quoq;
 prægnantem, Tertium Cyprum nominat, colore in Aphrica
 nascenti propinquum, maiorem tamen, magisq; dilataum.
 Sed quartum Raphiusum prope Leucadem reperibilem,
 Plinius lib. 37. cap. 21.

DE ENHYDRO,

Cap. XXVII.

De Enhydro Plinius lib. 37. cap. 11. Albertus lib. 2. cap. 7.
 Solinus cap. 50.

Perpetuis fluctus lachrimis distillat Enhy-
 dros,

Qui uelut è pleni fontis scaturigine manant,
 Cuius naturæ graue sit deprendere causam,
 Nam si decurrit lapidis substantia, quare?
 Non minor afficitur, uel non omnino lique-
 scit?

Sin res exterior descendat ad interiora
 Ut semper refluat, cur se nō impedit ipsum?
 Scilicet ingrediens contrarius egredienti.

C 9 SCHO-

DACTYLOTHECA

SCHOLIA.

Enhy- Enhydros) Enhydros ab aqua nomen habet, aqueus
drus ab enim est rotunditatis absolutæ, candore leuis, ad motum ali-
aqua. quid in se habens uelut in ouis liquor sentitur, Plinius.

Cur se non impedit ipsum?) Difficile est causam
assignare quod ingrediens res, non impediat egredientem,
Tamen philosophus causam ostēdit, nimiam quippe frigidi-
tatem, quæ aërem tangentem lapidem, continuo in aqueam
mutet substantiam, id quod etiamnum in alijs item compareat
lapidibus politis.

DE GAGATE,

Cap. XXVIII.

De Gagate Galen. de simp. medic. lib. 9. cap. 8. Auic. can. 2.
tract. 2. cap. 324. Dioscor. lib. 5. cap. 99. Plin. lib. 36. cap. 19.
Albert. lib. 2. cap. 7. Solinus cap. 34.

Nascitur in Lycia lapis & prope gemma Ga-
gates,

Sed genus eximiū fœcūda Britannia mittit.

Lucidus & niger est, leuis & læuissimus idē,

Vicinas paleas trahit attritu calefactus,

Ardet aqua lotus, restinguitur unctus oliuo,

Prodest gestatus tumidis intercute lymphæ

Et dilutus aqua dentes firmat labefactos.

Per suffumigium mulieri menstrua reddit,

Accensus prodit fumi nitore caducos,

Effugat immites simili ratione Chelydros,

Euersos uentres iuuat & præcordia tensa,

Inde

Inde dæmonibus contrarius esse putatur.
 Vincit præstigias & carmina dira resoluit,
 Et solet, ut perhibent, deprendere uirginitatem.

Prægnans potet aquam triduo qua merfus
 habetur,
 Quo uexabatur partum cito libera fundit,

SCHOLIA.

Nascitur in Lycia) Apud Plagyopolim Lyciæ ciuita Plagyopolim
 tem in hostijs fluminis quod Gagam uocant, hunc lapidem polisiam
 Dioscorides reperiri scribit, indequæ nomen habere idem Lycia
 testatur.

Vinctus oliuo) Quod autor Gagati adscribit, Ni-
 cander græcus Threiceo lapidi attribuit, Sed Auicenna duo
 capita facit distincta de Gagate & Threiceo lapide.

Præcordia tensa) Diaphragma intelligit, membra-
 nulam quæ cor ab intestinis separet, quam aliqui septum
 transfuersum nominant.

Vincit præstigias) Id est magicas incantationes per
 quas, ut Seneca scribit, messes in agros præstigiatores infer-
 re possunt, sicut Maro hoc uersiculo ostendit:

Atq; satas aliò uidi traducere messes.

Carmina dira) Hoc est phantasmata ueneficarum,
 qualia passim apud poëtas licet inuenire, maxime tamen a-
 pud Vergilium & Lucanum.

Deprendere uirginitatem) Quia si hic lapis in
 scobem redigatur, uirginiq; cum liquore hanc sorbendum de-

C s deris,

deris, si deflorata est, statim urinam facit. si minus, hanc ad
iustum tempus retinet, Alber to scribente.

DE GAGATROMEO,

Cap. XXIX.

De Gagatromeo Albertus. lib. 2. cap. 7.

Est diuersi color quem dicunt Gagatromeū,
Pelli capreoli similis lapis esse refertur,
Quē qui portarit dux pugnaturus in hostē,
Hostem depulsum terrāq; mariq; fugabit.
Illius Alchites ope multa pericula uicit,
Succubuit, quociens lapidem nō sustulit illū.

SCHOLIA.

Pelli capreoli) Per capreolum capram syluestrem in-
telligitur.

DE GALACTITE,

Cap. XXX.

*De Galactite Auicēn. secundo canone 907. cap. Dioscor.
lib. 5. cap. 100. Plin. lib. 17. cap. 10. Solinus cap. 12.*

Hunc lapidem cineri similē Galactita dicūt,
Quem mulla tritū lac multiplicare bibenti.
Si tamen ante cibos fuerit post balnea sum-
ptus,

Hunc ouis ex grauidæ lana traducere filō
Pertuso, lapidem decet & circumdare collo
Sic se portantis foecundat ubera lacte,

Dat

Dat facilem partum simili ratione ligatus
 Ad scemur illius quæ parturiendo laborat.
 At si mundato circumspargatur ouili,
 Cum sale mixtus aque solis redeuntis in ortu,
 Lacte replentur oues, scabiesque fugatur ab
 illis.

Præterea tantis ueteres hunc laudibus ornant,
 Ut bona cuncta putent solum præstare ge-
 renti.

Quæ simul à reliquis cuncta uirtute darentur
 Sed turbat mentem, si clausus in ore liquecat.
 Hunc mittit Nilus, producit & hunc Achelo-
 lous.

Lactis dat succum tritus, lactisque saporem.

SCHOLIA.

Galactita) Est lapis colore saporeque lac accedens, inquit
 Plinius. Vnde Auicenna lacteum. Dioscorides lactarium,
 complures Lætheum nominant, quod præterita mala in ob-
 liuionem ducat.

Achelous) Achelous fluius est Ionium irrumpens
 in Ægæum, Strabo libro septimo.

DE HIERACITE,

Cap. XXXI.

De Hieracite Plin. lib. 37. cap. 10. Albertus lib. 2. cap. 7.
 Anglicus lib. 16.

Et Hieracitem uetus experientia laudat,
 Iste

Iste colore niger, superat uirtute colorem,
 Quem prius abluto si quis gestauerit ore,
 Dicere mox poterit quid de se cogit et alter.
 Huic quoque semper inest imperatoria uirtus,
 Quo nequeat mulier quicquam prohibere
 petenti.

Cuius sic uirtus perhibetur esse probanda:
 Muscis expositum corpus nudato gerentis,
 Lactis comixto mellisque liquore perunctum,
 Intactum cupido miraberis agmine linqui,
 Si lapidem tuleris facto grege spicula figent.
 Imbutamque cutem figunt per uulnera mille.

SCHOLIA

Et Hieraciten) Hieracites à colore accipitris nomē ha-
 bet. Vel quod miluinis quasi nigricet plumis Plinio scribente.

DE HIENIA,
 Cap. XXXII.

De Hienia Plinius 17. cap. 10. Albertus libro 2. cap. 8.
 Solinus cap. 19.

Tollitur ex oculis lapis extollendus Hienæ,
 Dicitur Hienia ueteres, si credere dignum,
 Fatidicum numen memorant inferre gerenti,
 Quo queat imbutus predicere quæque futura
 Sub lingua lotus, si contineatur in ore.

SCHOLIA

Tollitur ex oculis) Ex fronte Aristoteles ait sexto
 libro

libro animalium, capite trigesimo secundo.

DE HELIOTROPIA,

Cap. XXXIII.

De Heliotropia Plinius 37. cap. 10. Albertus libro 2. cap. 5.
Solinus capite 39.

Ex re nomen habens est Heliotropia gemma
 Quæ solis radijs in aqua subiecto Batillo.
 Sanguineum reddit mutato lumine solem,
 Ecclysimq; nouam terris effundere cogit,
 Deniq; post modicum uas ebullire uidebis,
 Aspergiqu; foras subitæ scaturigenis imbrē,
 Ut fit cum nimbos distillat turbidus aër,
 Imbres de cœlo uocat, astringitq; serenum.
 Sed quoq; gestanti dat plurima uaticinari,
 Atq; futurarum quædam prænoscererum.
 Nosq; bonæ famæ quibus est data laudibus
 ornat,
 Seruat & incolumes producens tēpora uitæ,
 Sanguinis astringit fluxum, pellitq; uenena.
 Nec falli poterit lapidem qui gesserit illum,
 Tot bona diuino data sunt huic munere
 gemmæ,
 Cui tamē amplior his cōcessa potētia fertur,
 Nam si iungatur eiusdem nominis herba.
 Carmine legittimo, uerboq; sacrata potenti,
 Subtrahit humanis oculis quemcumq; ge-
 rentem.

Hanc

Hanc nunc Aethiopes, nunc Cyprus, & Aethiopia mittit,
Sanguinis aspersum guttis similemque Smaragdum.

SCHOLIA.

Eclypsimque nouam) De Heliotropia Aethiopica scribit autor, quae etiam extra aquam, speculi modo solem accipit, deprehenditque defectus lunares Plinio asserente.

Atque futurarum) Propter hoc pontifices qui olim a sacris erant hac utebantur gemma, praesertim in Idolorum festis, Albertus inquit.

Subtrahit humanis) Istam de hac gemma opinionem Plinius magorum nominat impudentiam.

Eiusdem nominis herba) De Heliotropia herba Galenus 8. simpl. cap. 97. & Dioscor. lib. 2. cap. 121.

DE HEPHESTITE,

Cap. XXXIII.

De Hephestite Plinius lib. 37. cap. 10. Alber. lib. 2. cap. 6.

Nascitur in bimarum preciosior aere Corintho
Dicitur Hephestites rutilans lapis & rubicundus.
Qui si feruenti fuerit coniectus a heno,
Ignibus exultans prius illico sistitur unda
Frigida, post modicum lapidis uirtute futura,
Fructibus est terrae uolucres arcere locustas.
Et nebulas steriles & grandinis improba
fertur.

Verbes

Verbera nec turbo, quos p̄tegit iste, nocebit,
 Ad solem positus radios emittit ut ignis.
 Mirantes oculos præstringens luce chorusca
 Accensas itidem compescit seditiones,
 Et tutum seruat dubia sub sorte gerentem,
 Pectore sed memori fixū teneamus oportet,
 Qua cor parte iacet lapides hos esse gerendos.

SCHOLIA.

Præciosior ære Corintho) *Aes Corinthum ex antiqua laudatur gloria Plinio teste lib. 4. capite 2. Cuius tria recenset genera, Candidum quod nitorem ferè argenti habet, Alterum in quo auri fuluus color cernitur. Tertium in quo æqualis temperies omnium sit.*

Sistitur unda) *Maximam id frigiditatem significare Albertus scribit.*

Et nebulas steriles) *Nebulas ab effectu steriles dicit. Nam rubiginem quam Plinius maximam segetum pestem nominat, conficiunt nebulae, Potissimum si in roscido traetu aut conuallibus seu locis perflatum non habentibus orientur. Hanc pestem Romani ferijs deprecari sunt quas Rubigalia dixerunt septimo Calend. Maij celebrandas. De his multa Plinius libro 18. cap. 17.*

DE HÆMATITE,

Cap. XXXV.

De Hematite Auic. 2. cāno. cap. 291 Galen. ad paternia. cap. 157. Dioscor. lib. 5. cap. 97. Serapio aggre. cap. 421.
 Plinius

10 DACTYLOTHECA

Plinius lib. 16 cap. 20. & lib. 17. cap. 10. Solinus cap. 41.

Sumpsit Hæmatites græcum de sanguine
nomen

Naturæ lapis humanæ seruire creatus,
Stiptica cui uirtus permulta, p̄batur in esse.
Nam palpebrarum super illitus asperitatem
Et uisus hebetes pulsata caligine sanat,
Eius ramentis si glarea mixta sit oui,
Succo dilutus quem punica mala remittunt.
In medicinali ueluti collyria cote,
Vel resolutus aqua iuuat hos qui sanguinis
ore,

Guttas emittunt, & qui linit hulcera sanat.
Potatus stringit patitur quæ scemina fluxū,
Carnes crescentes in uulnere pulueris huius
Vis premit, & uentrem retinet sine more flu-
entem.

Vino dilutus ueteri bibitus & frequenter,
Serpentis morsus uel quod fit ab aspide uul-
nus.

Egregie curat resolutus aquis & inunctus.
Mixtus melle potest oculos sanare dolentes.
Vesicæ lapidem bibitus dissoluere fertur,
Hic ferrugineo rufoué colore notatur,
Aphrica mittit eū, sed Aethiopes Arabes &.

SCHOLIA.

Aphrica mittit eum) Recenset Plinius Hamati-
tis genera

his genera trigesimo sexto libro, Sed quidam Hispanum & Germanicum adiiciunt, Hispanum duriores & meliores allegantes Germanicum planè inutilem.

Solent hunc Mangones adulterare cum lapide quem scissum uocant, sed modum per quem præcaueri possit Dioscorides ostendit libro 5.

DE HEXECONTHALITO,
Cap. XXXVI.

De Hexeconthalito Plin. lib. 37. cap. 10. Albert. cap. 5. Solinus 43.

Hexeconthalitos lapis ex re nomē adeptus,
Qui sexaginta modico gerit orbe colores,
Corporis exigui numero dispendia supplēs,
Dum tot gemmarum fert gemmula sola de-
corem,
In Lybia lapis hic reperitur apud Troglody-
tas.

SCHOLIA.

Hexeconthalitos) Obest neruis & oculis hæc gemma, teste Alberto.

DE HYACINTHO,
Cap. XXXVII.

De Hyacintho Auicē. de uiribus cordis, Serap. aggre. cap. 389. Plinius 37. cap. 9. Albert. cap. 8. Solinus 42.

Iacynthi species docti tres esse loquuntur.

D Nam

Nam sunt Granati, sunt citrini, Venetiq̃,
 Confortatiæ cuncti uirtutis habentur,
 Tristitiamq̃ fugant, & uanas suspiciones,
 Granatos præfert gemmarū quisq̃ peritus,
 His rufus color est & rarius inueniuntur.
 Cœruleus Veneto qui protinus aëra sentit,
 Nubilus obscuro, rutilans clarusq̃ sereno,
 Optimus huic tenor est quem non depres-
 sior æquo.
 Obscurat succus aut rarus perspicuum dat,
 Sed flos purpureus mixtum componit u-
 trunq̃,
 Hic & in os missus plus frigidus esse puta-
 tur,
 Duriciæ solidæ cœdi sculpiq̃ recusat.
 Fragmentis tantū superabilis est Adamantis
 Pallida citrinos facies probat inferiores.
 Sed quodcunq̃ genus collo suspēdere possis
 Vel digito portes terras securus obibis,
 Nec tibi pestiferæ regionis causa nocebit,
 Sed magis hospitibus censebere dignus ho-
 nore,
 Iustaq̃ si qua petes nullam paciere repulsam.
 Aethiopes nobis transmittunt hanc quoq̃
 gemmam.

SCHOLIA.

Granati) *His ut color melior quia puniceus, ita precium
 maius, quia firmiores. Nam prunis additi magis rubent, sed
 lentis*

lentis raro excedunt magnitudinem. Citrini maiores reperiuntur, sed igne obscurantur, Veneti caeruleo colore, ignis plane impatientes, unde uiliores quoque habentur.

Confortatiuæ uirtutis) Auicenna tertio cano. capite de uiribus cordis Hyacinthum penitus cordialem asserit, spirituique uitali commodum. Inde nimirum quod Melancholiam fugat & tristitiam, quæ est spiritus contractio uel eiusdem paucitas seu obscuritas Cardano teste 7. subtilitatum.

Tristitia
quid.

Nectibi pestiferæ) Diurius per occultam uirtutem à Iouis sigillo hanc gemmam infecto aëri & uenenis resistere putat, secundo libro sui Serinij capite de complexionibus & complexionatis. Et Serapio quem Ioannem Damascenum quidam uocant, à fulgure adeo tutos esse gestantes Hyacinthum ait, ut etiam cera quæ illius cœlatura est impressa, eandem retineat uim.

DE IASPIDE,
Cap. XXXVIII.

De Iaspide Galen. 9. simpl. cap. 11. Dios. lib. 1. cap. 100.
Plin. lib. 37. cap. 8. Albert. cap. 8. Aristoteles in lapidario.

Iaspidis esse decem species septemque feruntur.
Hic & multorum cognoscitur esse colorum,
Et multis nasci perhibetur partibus orbis,
Optimus in uiridi translucenti que colore.
Et qui plus soleat uirtutis habere probatur,
Castè gestatus febrē fugat, arcet hydropem.
Adpositusque iuuat mulierem parturientem.
Et tutamentum portanti creditur esse.

D a Nam

Nam consecratus gratū facit atq; potentem,
Et, sicut perhibent, phāta smata noxia pellit,
Cuius in argento uis fortior esse putatur.

SCHOLIA.

Decem species septemq; Iaspidis species multæ sunt, sed ex omnibus nobiliores iudicantur, qui coloris quicquam purpurei habent, aut rubei sunt, Virides aut Smaragdini uiliores censentur Plinio. Sed Vincentius in speculo naturali hominis imagine signatos ait inueniri, scutum habente in collo, & cuspidem in manu, cum serpēte sub pedibus, quos ceteris præponit, quod exactè admodum uenenis resistent. Alios item homine, sed cum fasciculo herbarum à collo figuratos, cum præscriptis eiusdem pretij, quod sanguinem euestigio sistant. Talem Galenū in digito tulisse fama est. Quosdam denuo cruce depictos, idem scribit, contra inundationes ualde nobiles lib. 9. cap. 77. Reliquos, quia multis obuij, uiliores edoret.

Optimus in uiridi) Hic quum ad os suspenditur uētriculi, illud supramodum confortat Galeno teste, sanguinemq; undecumq; sistit fluentem, eodem autore.

Et multis nasci) Nam India Smaragdo similem gerit, Cyprus glaucum, Persia ferrei coloris, Phrygia purpureum, Cappadotia purpureum cæruleo intermixtum, sed cæcua Thracia Indico similem, Et Chalcidia turbidum, sic Plinius.

Nam consecratus) Consecratione magica & caractere, ut in Magicis habetur.

DE IRI-

MARBODEI GALLI.

11

DE IRIDE,
Cap. XXXIX.

De Iride Plinius 17. cap. 9. Albertus cap. 8.

Irim dant Arabes, sed gignit eum mare ru-
brum

Cristallo similem, cuius sexangula forma,
Clara luce micās, fert causam nominis huius,
Nam si sub tecto radijs sit subdita solis,
Protinus inticitur paries, uarioq; colore
Arcus cœlestis depingit utramq; figuram.

SCHOLIA.

Irim dant Arabes) *Effoditur Iris, ut Plinius scribit, in quadam insula rubri maris, quæ distat à Beronica urbe sexaginta milia passuum 17. cap. 9. Albertus tamen in montibus Germaniæ, qui sunt inter Treuerensem ciuitatē & Rhenum, inueniri scribit.*

DE LYNCVRIO,

Cap. XL.

De Lyncurio Plin. lib. 17. cap. 2. & 1. & lib. 8. cap. 1. Albertus cap. 10. Solinus cap. 8.

Vertitur in lapidem quod stillat ab inguine
Lyncis,
Lyncurium dicunt, lapis est tamen hic pre-
ciosus,

Nam tradūt ipsas hoc præsentiscere Lynces:

D ; Quæ

19 DACTYLOTHECA

Quæ mox egestum properant operire liquo-
rem,

Desuper accumulans congestæ pondus ha-
renæ,

Scilicet inuidia ne nostros cedat in usus,
Electio similem Theophrastus habere colo-
rem,

Hunc ait & simili paleas adducere pacto,
Affirmans ipsum stomachi placare dolorem,
Ictericis etiam priscum reuocare colorem,
Et perturbati compescere rheumata uentris.

SCHOLIA

Paleas adducere) Non folia tantum, aut stramen-
ta, sed æris etiam ac ferri laminas, Theophrasto scribente.
Vnde uulneratis quoq; prodesse Aristoteles narrat, quia ex
uulnere mucronem attrahit.

DE LIPARE,

Cap. XLI.

De Lipare' Plinius 17. cap. 10. Albert. 10. Vincent. in
specul. natur. lib. 9. cap. 80.

Partibus in Lybicus lapis est Lipares uocis
tatus,

Ad quem sponte sua properat genus omne
ferarum,

Quas uenatorum sæuit labor exagitare,

Non eget ergo canum morsu curauit sagaci.

Saltus

Saltus perlustrans lapidē qui gesserit ipsum,
Sternendæ satis est, uenabula tollere prædæ.

SCHOLIA.

Lipares) Suffitu bestias trahere scribit Plinius hanc
genunam.

DE MAGNETE,

Cap. XLII.

De Magnete Galen. 9. simpl. cap. 10. Et ad Paternianū
cap. 161. Auic. cano. 2. tract. 2. cap. 471. Serap. agg. 128.
Dioscor. lib. 5. cap. 100. I lin. 14. cap. 14. & lib. 16. cap. 16.
Albertus lib. 2. cap. 11.

Magnetes lapis est inuentus apud Troglodytas.

Quem lapidem genitrix nihilominus India
gignit,

Hic ferruginei cognoscitur esse coloris.

Et uī naturæ uicinum tollere ferrum.

Ededon Magus hoc primum ferè dicitur
ufus,

Consciū in Magica nil esse præstantius arte,

Post illum fertur famosa uenefica Circe,

Hoc in præstigijs magicis specialiter usa,

Hic & apud Medos cum res uenisset in usum

Detexit lapidis magis experientia uires,

Nam qui scire cupit sua num sit adultera con
iunx,

D 3 Suppo2

Suppositum capiti lapidem stertentis ad-
 optet,
 Mox quæ casta manet petit amplexura ma-
 ritum.
 Non tamen euigilans, cadit omnis adultera
 lecto,
 Tanquam pulsa manu subito terrore coacta,
 Si fur claustra domus spolijs gazisq; referta
 Ingrediens, prunas ardentis per loca ponat.
 Et superaspergat magnetis fragmina prunis,
 Ut per tetragonum fumi calor alta uaporet,
 Mentibus euersis uelut impediende ruina,
 Defugient omnes in ea, quicunq; manebunt,
 Et fur securus rapiet quæcunq; libebit.
 Conciliare potest uxoribus ipse maritos,
 Et uice conuersa nuptas reuocare maritis.
 Gratia præstatur simul & Suadela per ipsum.
 Sermonisq; decor, disceptandiq; facultas.

SCHOLIA.

Magnetes lapis est) A' Magnesia dici magnetens
 Lucretius his uersibus ostendit:

Quod super est agere incipiam quo scedere fiat

Naturæ, lapis hic ut ferrum ducere possit,

Quem Magneta uocant patrio de nomine Grai

Magnetem, quia sit patrijs in finibus ortus.

Quidam Heraclium uocant ab Hercule, quod hic lapis sic
 ferè resistat metallis, quemadmodum Hercule monstris restitisse
 poetarum

poëtarum fabule narrant. Plinius tamen autore Nicandro ab inuentore Magnete armentario nominatum asserit, Euripides Indicem uocat. Quidam Syderitim quod ferrum attrahat, uide Eras. in prouerbio Heraclius lapis.

Vicinum tollere ferrum) Magnes quia uiuit, ferrum pro alimento attrahit, Quosdam item Magnetes tam auidos alimenti reperias, ut uim attrahendi à uicino ferro in proximum ferrum communicent. Talem Diuus Augustinus se uidisse testatur, inquit enim Magnetem quendam quem manibus tractarit tot, annulos ex ferro nō intrinsecus sed extrinsecus cohærentes attraxisse, ut quisquis cathenam eminus iudicasset, De ciuitate Dei libro 21.

Laurentium Guasum prouinciæ Turonēsis medicū Cardanus Magnetē habere scribit, quem si ferreo acumini affricet, carnemq; cum eo seu uitem pungat, punctus nihil sentiat, neq; lædatur. Id Cornelius Agrippa Saturninæ constellationi acceptum refert, Galenus contra ferrum intoxicatū pharmacum refert magnetem, & hydropico proficuum, si in scorbem tritus cum succo fœniculi exhibeatur, Dioscorides crassa ducere predicat ubi cum mulsa trium obolorum penso, quis sorbeat, libro 5. cap. 97.

Simul & Suadela) Suadela persuadendi dea est, Hanc Angelus Pollitianus miscella: cap. 91. Suadam & Pytho nominat, Heraclides Ponticus in allegorijs Homeri istius deæ sacellū orationē uocat, ipsiusq; arā hominis naturam.

DE MOLOCHITE,
Cap. XLIII.

De Molochite Plinius libro trigésimo tertio, capite 8.

D s Albert-

Albertus libro secundo. capite undecimo, Solin. cap. 97.

Infantum cunas uirtute sua Molochites
 Protegit, & casus abigit quoscunq; ferinos,
 Ne teneros artus pars possit iniqua nocere,
 Dat lapidi, pretiū uirtus cummulata decore.
 Crassum quippe uirēs similis solet esse Sma-
 ragdo,

Hunc Arabum gentes prius inuenisse fe-
 runtur.

SCHOLIA.

Molochites) Molochites à colore malua nomen acce-
 pit, Si Plinio credimus. Hunc quoq; inditione dominorum
 Rans spoleti aiunt reperibilem.

DE MEDO,
 Cap. XLIII.

*De Medo Dioscorides quinto libro. Plinius 17. capite 10,
 Albertus 2. libro. cap. 14.*

Ast in Medorum regione lapis reperitur,
 Dicitur hic Medus mortis dator atq; salutis:
 Namq; super cotem mulieris lacte solutus,
 Quæ semel atq; marem peperit, perfanat in-
 unctus
 Visu fraudatos, multo iam tempore cæcos.
 Lacte solutus ouis, semel atq; marem pariens
 tis,
 Expellit ueterem simili ratione podagram,
 Et fessas

Et fessas reficit sub anhelō pectore fibras,
Hoc quoq; nephretici sanescunt inguine re-
nes,

Debet in argento mixtus uitio ué reponi,
Ieiunoq; dari, sic utile fit medicamen.

Et resolut⁹ aquis cotis sibi fragmine mixto,
Et porrectus ei tibi quē decreueris hostem,
Vt lauet inde suam quasi pro medicamine
frontem,

Obducet miserō extincto lumine uultus.

Si potum dederis uomito pulmone peribit.

Hic tot⁹ niger est. sed nō tota nigra potestas :

Candida cum prodest, dum lædit nigra uo-
cetur.

SCHOLIA.

Medus) Medus à regione Medorum ubi plures inueni-
untur nomen habet sicut Albertus ait, Sed Plinius à Medea
fabulosa Iasonis uxore uocari arbitratur.

Nephretici) Nephretici dicuntur quibus renes dolent.

Candida cum prodest) Candidus color Aristoteli
suffragio naturam boni sapit, niger mali, sicut pulchrè
declarat Eras. in prouerbio : Albus an ater sis nescio.

DE ONYCE,

Cap. XLV.

De Onyce Galen. 9 simpl. cap. 11. Dioscor. lib. 1. capite
100. Albertus lib. 2. cap. 11.

Col.

•• DACTYLOTHECA

Collo suspensus onyx, digitouē ligatus,
Insomnes Lemures & tristia cuncta repellit.
Multiplicat lites & commouet undiq; rixas.
Dicitur in pueris multas augere saliuas.
Hanc quoq; dant nobis Arabes, dat & India
gemmam.

Hæc etiã quinas species perhibetur habere.
Sardius at presens si sit tibi non nocet onyx.

SCHOLIA.

Onyx) *ὄνυξ* unguem sonat. Sed Græci Alabastritem nominant, quod ad alabastra unguentorum, usus eius confert, fuerunt autem alabastra lapideæ pixides, in quibus ob frigiditatem suam, diutissime odores conseruabantur, Marcello Vergilio autore Platearius Onycem gummi genus esse scribit indurescentis in lapidem.

Tristia cuncta repellit) Hanc gemmam corporis roborare uires, audacemq; reddere docet Albertus, Sed quã ueritati dissona uideantur, uel id argumento est, quod spiritus uitales sua frigiditate constringit, ac in unum cogit, Unde tristitia oritur, timor, & somnia terribilia.

Partes huius gemmæ tam inueniuntur magnæ, ut quidam marmoris genus esse credant, non gemmam, Romæ in æde sancti Petri sex ex Onyce sunt collūnule, & Colonia latior palmo est Onyx.

Quinas species perh. habere) Corneam, Igneam, Nigram, Ingentibus uenulis quartam, & oculis interuenientibus quintam, Platearius infirmo oculo adponendam onycem suadet, hanc enim spōte, quasi rem sensatã sine læsione subin-

MARBODEI CALLI.

63

subintrare, & humores contrarios excernere dicit.

DE ORITE,

Cap. XLVI.

De Orite Plinius lib. 37. cap. 10. Vincent. lib. 9. cap. 89.
Albertus libro 2. cap. 17.

Retiferos morsus niger atq; rotundus Orites,
Quos fera uel cornu uel seuo dente peregit,
Cum roseo mixtus perfecte curat oliuo.
Per uastos heremos interq; feras gradientes
Læsos seruat, morsus abigendo ferarum.
Hic uiret, & maculas habet albas, alter Orites
Altera pars, cuius crebris magis aspera clauis,
Altera læuior est, corpus quasi lumina ferri,
Hic facit appensus ne fiat foemina pregnans:
Si fuerit pregnans mulier cito fundit abortum.

SCHOLIA.

Orites) Quidam Syderitim nominant, & ab igne lædi non
offe dicunt, Ab aduersis casibus huc defendere docet Albertus

DE OPHTHALMIO,

Cap. XLVII.

De Ophthalmio Albertus. lib. 2. cap. 13. Anglicus 16.

Auertens oculis morbos ophthalmi omnes,
Asseritur furum tutissimus esse patronus.
Nam se gestanti uisus conseruat acutos,
Accircumstantes obducta nube recondit,
Ut spoliare domos possint impune latrones.

SCHO-

SCHOLIA.

Ophthalmius) *Ab Ophthalmia oculorū uitio, quod Galenus in sua Isagoge, candidi ocularis ruborem nominat, dicitur.*

DE PANTHERO,

Cap. XLVIII.

De Panthero Albertus cap. 14. Vincentius lib. 9. cap. 90. Anglicus 16.

Pantheron multos testatur habere colores :
Nam niger est, rubeus, uiridis, pallensq; uide-
detur,

Purpure⁹, roseusq; simul, sparsimq; colores
Hos habet, & uario distinctus schemate uer-
nat.

Expedit hunc orto quāprimū sole uidere,
Ut uictor possis omnes exire peractus,

Ipsa namq; die poterit te uincere nemo.

Pantheram patet esse feram diuersi coloris,

India quā gignit, cuius pauefacta draconum

Voce fugit rabies, quam bestia contremit
omnis,

Huius ad exemplar sic est lapis iste uocatus.

SCHOLIA.

Pantheram patet esse feram) *De Panthera scribit Plinius libro 8. capite 17.*

Voce fugit rabies *Dicitur hoc animal infestum esse
draconi*

MARBODEI GALLI.

63

raconi, & ob hoc draconē panthera uocem in latibula an-
rorum fugere, Albertus de natura animalium libro 22.

DE PYRITE,

Cap. XLIX.

De Pyrite Galen. 9. simpl. cap. 4. Plinius libro 37. cap. 11.
Albertus cap. 14. Solinus cap. 50.

Cui furuus color est, cui nomen ab igne py-
rites,

Se uetat astringi, pertractariq; recusat.

Tangi uult leuiter, pauidaq; manu retineri.

Nam pressus nimium digitos stringentis a-
durit.

SCHOLIA.

Ab igne Pyrites) Martialis recte dixeris Pyritem cū
Asbesto, & ignes, quod ex his ignis extrahatur, uel in ignem
resoluantur, sicut Saturnios dicimus grauiores, opacos, &
terreos, quemadmodum Magnes est, Iaspis, & Chalchedo-
nius: Lunares item transparentes & aqueos, ut Crystallus est
Berillus & Margaritæ, Iouiales deniq; supernatantes, spon-
giosos uelut Tophus est, spongiæ lapis & pumex. Medici u-
tuntur hoc lapide miscentes emplastro diaphoretico, quia
mundificat, absiergendo subtiliando, & consumendo Galeno
teste, qui & oculorum caligini prodesse scribit.

DE PEANITE,

Cap. L.

De Peanite Plin. lib. 37. cap. 10. Albert. 14. Solin. cap. 14.

Gigni-

66 DACTYLOTHECA

Gignitur in Macedū regione lapis Peanites,
Fœminei sexus referens imitando labores.
Sed quibus ex causis, dubium, nam tempo-
re certo

Concipit, & parit, & parientibus auxiliatur,
Ultima quas uexat dubij discriminis hora.

SCHOLIA.

Peanites) Peanitem quidam Gemonidam appellant. Et
colorem aquæ congelatæ habere fatetur, Plinius.

In Macedum regione) In Macedonia iuxta monu-
mentum Tyresia inuenitur, Plinius.

DE PRASSIO,

Cap. LI.

De Prassio Pli. lib. 17 cap. 8. Albertus cap. 14. Vincent.
in specul. natur. lib. 9. cap. 31.

Cōspicius Prassius gēmis solet annumerari,
Sed non est charus, contemptus quippe de-
core.

Vtile nil cōfert, nisi quod uiret & decet auro.
Altera sanguineis species est illita guttis:
Tertia candidulis tribus est inscripta lituris.

SCHOLIA.

Prassius) Prassius mater & palatium est Smaragdo, si-
cut primo capite scriptum est, A Prassio uel Marrubio no-
men habens. Hic confortat uisum & cum Iaspide & Smara-
gdo uirtutes multas habet communes, teste Alberto.

DE SA

DE SAPPHYRO,

Cap. LII.

De Sapphyro Galen. 9. simp. lib. cap. 19. Dioscor. lib. 8. cap. 100. Plin. lib. 37. cap. 9. Albert. lib. 2. cap. 7. Aristoteles in lapidario.

Sapphyri species digitis aptissima regum,
Egregium fulgens, puroq; similima cœlo.
Vilior est nullo uirtutibus atq; decore,
Hic & Syrtites Lybicis permixtus harenis,
Fluctibus expulsus feruente freto reperitur.
Ille sed est melior quẽ tellus Medica gignit,
Qui tamen asseritur nusquam transmitttere
uisum.

Quem natura potens tanto ditauit honore,
Ut sacer & merito gēmarum gēma uocetur.
Nam corpus uegetat, conseruat & integra
membra;

Et qui portat eum nequit ulla fraude noceri:
Inuidiam superat, nullo terrore mouetur.

Hic lapis, ut perhibēt, educit carcere uinctos,
Obstrictasq; fores, & uincula clausa resoluit,
Peccatumq; Deo reddit, precibusq; fauentē.

Fertur & ad pacē bonus esse recōciliandam,
Et plus quàm reliquas amat hanc Neucro-
mantia gemmam,

Ut diuina queant per eam responsa moueri.
Corporeis etiam morbis lapis iste medetur,
Scilicet ardorem refrigerat interiorem:

E Sudo-

Sudorem stringit nimio torrente fluentem;
 Contritus lateri superillitus ulcera sanat.
 Tol' & ex oculis sordes, & fronte dolores,
 Et uitij linguæ simili ratione medetur.
 Sed qui gestat eum castissimus esse iubetur.

SCHOLIA.

Fluctibus expulsus) Propter impetum uentorum
 conuoluntur harena, Salustio teste, ut mare uadosum fiat
 & accessibile, atq; sic mangones Sapphyros inueniunt.

Et plusquam reliquas) Magi hanc gemmam in
 sacrificijs alijs præposuerunt. Nam hinc certiora cuncta cre-
 diderunt responsa magisq; rata, Anglico teste.

Scilicet ardorem) In febribus ardentibus refrige-
 rium dare Sapphyrum in confesso est, si ad pulsatiles ponat-
 ur, Dioscoridè scribente, Antraces extinguere, nec minus pa-
 lâ est, si modicū tēporis adhibeas, alexipharmacō etenim est.

Sudorem stringit) Qui ex rarissima corporis obo-
 ritur textura, Eodem modo fluentes sanguine compescit na-
 res, Est enim astrictoriæ uirtutis ob frigiditatem & multum
 cordialis, ut Auicenna.

Superillitus lateri) Apostematum reprimit infla-
 turas, à principio inflationis additus, sic Vincentius.

Ex oculis sordes) Reprimit quæcumq; in oculis ex-
 crescunt, uuas, papulasq; sanando, inquit Dioscorides.

Castissimus esse iubetur) Hanc gemmam casti-
 tatis amatricem nominat Isidorus. In partes enim dissilit, si
 immundus sit qui gemmam habet.

DE SMA-

MARBODEI GALLI

7

DE SMARAGDO,
Cap. LIII.

*De Smaragdo Rabi Moyses aphorif. partic. 22. Serapio
cap. 184. Albert. cap. 17. Isidorus libro 14. cap. 3. Solinus 24.*

Omne uirens superat forma uiridante Sma-
ragdus,

Cuius bis quinæ species, binęq; feruntur.

Sunt etenim Scythici, Bactriani, Niliaciq;

Sunt & qui uenis nasci perhibentur in æris,

Quos maculis uitiosa notat natura metalli:

Sunt Carthedonij, reliquos piget enumerare.

Præcipu, Scythicis honor est, & gratia maior

Gryphibus eripiunt feruatib, hos Arimaspi,

Quos uisus penetrat forme potioris habetur

Quorum luce uirens uicinus tangitur aer:

Quos neq; sol mutat, nec clara lucerna, nec

umbra, (forma,

Strata superficies quibus est, uel concaua

More iacētis aque uultū spectātis adūbrant.

His usum speculis testatur fama Neronem,

Cum gladiatorum pugnas spectare libebat.

Optimus his situs est quorum sunt corpora

plana.

Cōmodus iste lapis scrutātib, abdita fertur,

Cum præscire uolunt aut diuinare futura.

Auget opes idem sese reuerenter habentes,

Omnibus in causis dans persuasoria uerba,

Tanquam facundi uis sit sermonis in illo.

Collo suspensus dirum fugat hæmitritæum,

E : Et

DACTYLOTHECA

Et sanare potest ipsa ratione caducos.
Emendat fessos uiridi mulcedine nisus,
Et tempestates auertere posse putatur.
Fertur lasciuos etiam compescere motus.
Proficit in uiridi magis accenditque colorem
Ablutus uino, aut uiridi perunctus oliuo.

SCHOLIA.

Omne uirens superat) Etiam herbas uirentes, & circa se uiriditate nimia aere repercussum, Verba sunt Plinij.

Bis quinque species) Duodecim enumerantur Smaragdi species apud scriptores, praecipui tamen Scythici sunt, quia minus uitij habent. Qui quantum Smaragdi à ceteris gemmis distant, tantum isti ab alijs smaragdis, Plin. 37. cap. 1.

Niliaci) Aethiopici, quia Nilus Aethiopiae fluius est.

Carthedonij) Carthaginenses, Carthago enim Carthedon est dicta, à Carthedone conditore, Appianus.

Arimaspi) Scythiae populus sunt, Arimaspi unoculi sunt scribit Herodotus, qui assidue praeliantur cum gryphis, ferarum uolucris genere, eruente ex cuniculis mira auuiditate aurum, Plinius. Ita nuncupatos idem asserit Herodotus, quod illius gentis natiua lingua arima unum. Spu uero oculum significet.

Corpora plana) Optimos sortiuntur situs quibus planities est resupina & extincta, Solino scribente.

Reuerenter habentes) Scribit Albertus in tanta reuerentia habendum hunc lapidem, ut neuiquam ab immundis portari debeat. Idque probat exemplo regis Hungariae, quem in congressu cum sua uxore Smaragdum in digito tulisse ait,

& pro-

• & propter immunditiem lapidem in minutissimas partes dissilisse, quod factum non inficior, Sed fortassis sic res habet. Si calidum agat in humidum, maius spacium occupat humidum, & sese dilatat. Lapis autem ille fragilis. algens & humidus (nam lunaris est) coitus & anhelitus frequentia, sudorisq; instantia incaluit. Vnde solutionem unitatis in se recipit dissilijq;.

Hæmitritæum) Hæmitritæus febris est quum pituitosus humor intra uenas, biliosus uerò extra uenas putrescit.

Sanare caducos) Aristoteles Smaragdum capiti adponendum suadet, hoc morbo laborantis. Rabi pensò nouem granorum exhibendum edocet, quod sic aluum sicciorem lubricet, aut collo adponendum ut lubricam exsiccet.

Sauanorola parturientiæ coxæ applicandum uult, ut partum facilius.

DE SARDIO,

Cap. LIII.

De Sordio Plin. 37. cap. 7. Vbi Sardam habet Albertus libro 2. capite 17.

Sardius à Sardis est, à quibus ante receptus, Sortitus nomen, rubei solet esse coloris.

Hic inter gemmas uilissimus esse putatur,

Præter fulgorem cum nil ferat utilitatis.

Excepto quod onyx nequit hoc presente nocere. (tuftas.

Huic quoq; dat quinas species studiosa ues

SCHOLIA.

Nil ferat utilitatis) Sardium uirtutis expertem dicit

E ; autor.

autor. Sed Vincentius gaudium accendere ait, expellere timorem, reddere audacem, acuerere memoriam, stringere sanguinem, & à maleficijs atq; incantationibus potenter tueri.

D E S A R D O N I C E,

Cap. LV.

De Sardonicè Plin. 37 cap. 1. 6. & 12. Albertus capite 17.
Aristotel. in lapidario. Solinus cap. 45.

Sardonice faciunt duo nomina Sardus & Onyx.

Tres capit ex binis unus lapis iste colores :
Albus & hinc niger est, rubeus supereminet albo.

Ipsam describunt species in quinque magistri,
Sed quasi tres puros impermixtosq; colores
Sic in se retinet: distent ut limite certo.

His honor amplior est, & eorum forma probatur :

Densior & raro plus fertur habere decoris.

Hic solus lapidum ceram conuellere nescit :

Hic humile castumq; facit, multumq; pudicū.

Cuius uirtutes alias reperire nequiu,

Partibus hunc nostris Arabes, sed & India
mittit.

S C H O L I A.

Ceram conuellere) Optimus igitur ad sigillandū est.

Hac gemma Polycrates tyrannus ab inuidia fortunæ sese redempturum credidit, proiecta ipsa in Oceanū, quam, in pisce
see tar-

ſce tandem, eo die capto, regiſq; in culinam deportato, iterum
inuenit, Plinius 37. capite 1.

DE SELENITE,
Cap. LVI.

De Selenite Auic. 2. cano. cap. 412. Dioſcor. lib. 1. cap.
100. Solinus cap. 50.

Nec Seleniten fas eſt omnino tacere,
Quæ uelut herba uirens, & Iaspidis æmula
gemma,

Lunares motus & menſtrua tempora ſeruat.
Crefcit enim luna crefcēte, minorq; minuta
Efficitur, tanquam cœleſtibus anxia dānis.

Idcirco ſanctus lapis à plerisq; uocatur.

Dicitur eſſe potens ad amorem conciliandū: Sanctus
lapis Se-
lenites.

Languentes etiā phthiſicos iuuare putatur,

Toto geſtatus crefcentis tempore lunæ,

Nec minus & toto per decremēta fluentis,
Effectus miros & commoda plurima præſtat.

Hanc autē gemmā memorāt in Perſide naſci.

SCHOLIA.

Seleniten) Seleniten Romani lunarem uocant. Vnde
Auic. lunæ lapidem nominat, pleriq; aphroſilenem, id eſt,
lunæ ſpumam. σελήνη. enim lunam ſignificat.

Phthiſicos) Phthiſici cōſumpti dicuntur, qui pulmo-
nis laborant ulceratione.

DE SAGDA,
Cap. LVII.

De Sagda Plin 37. cap. 10. Albertus cap. 17. Solin. cap.

E 4 50. V. 7.

10. Vincentius in Specul. natur. libro 9. capite 91.

Difficilis gemmas super omnes Sagda re-
 pertu,
 Nunquam sciretur, nisi se daret inueniendā.
 In medio siquidē nactus lapis iste profundo,
 Naues uī quadam petit è regione meantes,
 Et prælabentis tabulis hærendo carinæ,
 Ad portū uehitur merx ignaris data nautis.
 Est autem morsu tabulæ sic fixa tenaci,
 Quod nequit abrasa ligni sine parte reuelli.
 Huic prassinus color est, regio Chaldaica
 tellus.

SCHOLIA.

Morsu tenaci) Sicut Magnes ad ferrum se habet, ita
 Sagda ad lignum.

DE TOPAZIO,

Cap. LVIII.

De Topazio Plin. 17. cap. 8. Alber. cap. 19. Isidor. lib. 16.

Nominis eiusdem Topazion insula gignit,
 Qui quāto rarus, tanto magis est preciosus.
 Hic species tantū binas perhibetur habere,
 Alterius puro color est uicinior auro:
 Clarior alterius, tenuisq; magis reperitur.
 Fertur hæmorrhœicis idem lapis auxiliari,
 Quodq; magis mirū, limam sentire putatur,
 Feruentes etiam compescere dicitur undas.
 Gignit & hūc Arabū gēmis ditissima tellus.

SCHO-

SCHOLIA.

Nominis eiusdem) Iuba rex Mauritaniae in mari rubro multas inuenit insulas, & inter eas unam quae Topazion uocatur uide Strabonem lib. 16.

Quid de Topazio uero & prisco sentiat Plinius, lege quae supra scripsimus decimo tertio capite, de Chrysolito.

Qui quanto rarus) Sic Octauius Cleophilus.

Optima quadriuiu non inueniuntur in omni
Nobilius quanto rarius omne uides.

Compescitur unda) Topazion cum ponitur super uulnus cessat fluere, Cum super aquam bullientem, bullire desinit, quia frigidissimus, Aristoteles.

DE TECOLYTHO,

Cap. LIX.

De Tecolytho Auic. 1. cano. cap. 406. Plin. lib. 37. cap. 10. Albert. cap. 3. Solinus cap. 50.

Tecolythus nucleo similis perhibetur oliuq;
Aspectu uilis, naturae uero preciosus.

Namq; solutus aquis, & ab his quibus expe-
dit haustus,

Dicitur esse potens lapidosos soluere renes,
Vesicaeque simul purgare dolentis harenas.

SCHOLIA.

Tecolythus) Τεκόλιθος. calculi lapis dicitur, huius meminit Auicenna secundo canone, ubi uesicae lapidem nominat, quidam Iudaicum appellant.

E r DE VNIO-

DACTYLOTHECA

DE VNIONE,

Cap. LX.

De Vnione Auic. 3. cano. cap. de uiribus cordis. Serap.
cap. 197. Plin. lib. 9. cap. 35. Albert. cap. 11. Solinus cap. 60.

Tollitur è conchis species memoranda ma-
rinis, (unus,

Vnio dictus ob hoc, quod ab una nascitur
Nec duo uel plures unq̄ simul inueniuntur.

Cuius ad ornatum laudatur candida forma,

Vt deceat uestes, deceat nihilominus aurū,

Conchæ tēporibus certis referuntur hiantes

In cœlum patulæ rores haurire supernos,

Ex quibus orbiculi candentes concipiuntur.

De matutino fit clarior unio rore,

Ros uespertinus fœtus solet edere fuscus.

Iuuenes Et iuuenes conchæ dant baccas candidiores,

conchæ Obscurat fœtus concharum grandior ætas.

uniones Quanto rorantis fuerit plus æris haustum,

candid. Tanto maiorem gignit roratio baccam.

Vltra seminucem sed crescere nulla putatur.

Quod si celsa micet tonitru cōuexa corusco,

Conchæ diffugiunt subita formidine clausæ.

Sic intercepto conceptio deperit hausto,

Et fit abortiuum quod cœperat inde creari.

Insignes baccas prædam maris India gignit,

Gignit & insignes antiqua Britānia baccas.

SCHOLIA.

Laudatur candida forma) Talem conchis sensum
esse scri-

esse scribit Solinus, ut sole emerso partus obfuscari timeant, propter quod statim se in profundum abscondant calorem non expectantes.

Hic notandum est quod uniones obfuscatos, tribus horis dealbare affabre possumus, si colubis deglutitendos dederimus, Mundino teste.

Deceat uestes) Margaritas binas trinasue auribus foeminaru suspendisse magna gloria fuit, Altius tamen increvit luxus, ut eas pedibus quoque calcareret inambulando, Plinius.

Vnio aurium ornamentum.

Vltra seminucem) Duos maiores luxuriosissima mulier Cleopatra regina habuit, quae ut superbo procacique fastu, Antonio magnifice uiuenti, deperditi luxus exemplum ostenderet, ac dicere posset se cenam habuisse, in qua centies sestertium absumpsisset, utrumque uini & acerbitate aceti, in liquorem resoluit, quem unico haustu absorbuit, Historiam Plinius habet libro 9. capite 15.

Quod si cella micent) Si fulgurat comprimuntur conchae pauesactae ac ieiunando minuuntur, uitia contrahentes abortiua, quae Physesmata à bullarum similitudine dicuntur, Plinius libro 9. Margaritas à natura rerum magistrarum perforatas quasdam scribit Philosophus & meliores, quia à superfluitatibus puriores quarto de animalibus. Easdem

iradit Serapio cardiacis conferre, tremori cordis, & melancholicis quia sanguinem purificant.

Atque ex illis caputpurgium fieri idem docet, quod Sodam ex oculi dislocatione proscindat.

MAR-

Hæc ex innumeris excerpta uocabula gēmis,
Sufficiant nostro uigili collecta labore,
Quæ decies senis distincta patent capitellis.

Τ Ε Λ Ο Σ.

GENEROSO CO-
MITI DOMINO SVIG-

hardo ab Helfenstein, eidemq̄ illu-
stri Baroni ab Gundelfingen,
domino suo Gregorius Pi-
ctorius Villinganus, do-
ctor Medicus,

S. D.

Obseruant gentes dominos quæ uisere tentant
Ritum, quod portent munera clara secum.
Nam Tyrius pannum fert tinctum murice, Seres
Nobile dant uellus, Sed ferus arma Getes.
Thus Arabum uulgus, uenabula lucida præstat
Anglus, & ingentes gemmifer Indus opes.
Arcum dat Chalibs, Cnosius dat missile telum,
Sauromatæ munus picta pharetra datur.
Et liquor Assyrijs donum est qui uincat odore,
Abscondit quicquid nigra Sabæa sinu.
At quibus exilem tribuit Rhamnusia uicium,
Portant altitium quotquod habere ualent.
Dat quæ quisq̄ potest, harum mihi copia nulla est

Rerum

Rerum, sed gemmas en tibi porto COMES.
 Non Sagdam, non Topazium, nec Gagotromeum,
 Non Liparem Lybicum, Corneolumue rubrum,
 Sed gemmas superant reliquas quæ facile cunctas :
 Namq; molam dono, Coticulamq; tibi,
 Quæ digitos ornet, capitis pulchramue thyarum,
 Aut quas suspendas auribus ipse tuis.
 Hæc igitur generose COMES monumenta laboris
 Accipe pacata fronte tenenda tibi.
 Sunt hæc parua quidem tribuentis dona, sed ingens
 Est animus, totum quem tibi certe damus.

AD GENEROSVM

COMITEM DOMINVM SVIG-

hardum ab Helfenstain, querela quod inter gem-
 mas lapis molaris tacetur, eodem Geor-
 gio Pictorio autore.

Virtutes lapidum multi scripsere, Molarem
 Te quis non credat sed siluisse nephas?
 Mentio nulla tui fit, te mola carmine iusto
 Cur priuant docti, commoda curq; tua?
 Scribit corallum Metrorodorus maximus autor,
 Chrysolitum phrasi Democritus cecinit,
 Sardonicem, Prasiuum Zoroastes carmine multo
 Dixit, At insignem nemo poëta molam.
 Qui fit? quum decus es lapidum, quum nobile pondus?

Quint

Quum sine te uitam ducere nemo potest?
 Granum accipis, sed far reddis, tua mira potestas.
 Qua faciant matres pignora chara sua.
 Nec Veneris sunt grata adeo, Nec munera Bacchi,
 Ut tua quæ prodit Dedala terra sinu.
 Idaliæ puer, en oculos præstringit & aufert,
 Sed molitor cunctos cæcat amore tuo.
 Nil idè est uates quod dant mendatia rebus,
 Quum titulos poscunt præterijisse mole.
 Qua sine nulla quies, sine qua nec ulla uoluptas
 Perpetua est, præsens gaudia quæ tribuis.
 Exornat digitos gemma, At tu fercula Regum
 Namq; labore tuo fit mediante Ceres.
 Non metuis fures nocturno tempore, uel quod
 Est maius, neruos Phallaridisue minas.
 Te non corrodunt mures, Tu singula rodis,
 Non tineas pascis, pascis at ipsa deos.
 Sit sane gemmis uirtus, sint premia magna,
 Maiora ipse lapis commoda, crede, feres.
 Decipit emptorem persæpe etenim, uel fallere gemmas
 Consuevit fuco, tu petra fraude cares.
 Dignam igitur te laude molam, te laude molarem
 Cur quis non credat præterijisse nephas?
 Cætera, blandiri uidear ne forte relinquam,
 Sit satis ad gemmas nam numerasse molam.

DE CO.

DE COTE GEMMA

RVM PRINCIPE EIVSDEM

Pictorij Villingani Panegyris

ad præfatū Comitē ab Helfenstain.

Quas referam Coti laudes? præconia quæ nam
 Coticulæ adscribam? quæ decus est lapidum?
 Quæ decus est lapidū, lapidis quæ nobile pōdus,
 Cui par non uident secula nostra simul.
 Omnes namq; facit Cotis reualescere, puluis
 Quos uexat dirus soniticus ecce labor.
 Post partum enixæ negat atq; tumescere mammas,
 In puero testes turgidulosq; leuat.
 Et resolutus aqua iuuat hos qui sanguinis ore
 Guttas emittunt, Cos bonus ecce lapis.
 Nam capitis fœdam fontis fundamine mixtus,
 Curat alopiciam, spleneticasq; tabes.
 Et tutum reddit lapis hic quemcumq; gerentem,
 Ne morsu lædat gens inimica canum.
 Atq; hic est reliquis gemmis certissimus index,
 Quo uel discerni cum ratione queant.
 Indicat & frictu qui splendida quæq; metalla,
 Ut possit mango tutus abesse dolo.
 Quæ laudes igitur Cotem, præconia quæ nam
 Coticulam deceant, scribite Pierides;
 Nam mihi deficiunt laudes & carmina defunt,
 Quis lapidem scribam pro ratione satis.
 Scindere qui ferrum facit, & documenta ministrat

Scindere

10 PANEGYR. DE COTE.

Scindendi, quamuis scindat & ipse nihil.
Quis etenim mundet floccis tunicato popello
Veste, si cotis non foret officium?
Quomodo uelq; suum tractet nouacula munus,
Dura si cotis sit modo nullus amor?
Martia quis denuò gestaret ferrea spicula,
E' medio positus si lapis iste foret?
Mensæ hæc disponit Cereris diæ munera rupes,
Disponit uitulum dentibus atq; bouem.
Findendis lignis parat ac in cote securis
Rusticus, & fautor cotis amore flagrat.
Summatim reliquas superat sic facile gemmas,
Corneolum, Sagdam, Chrysolitum, Liparem
Corallum, Andromedam, Chrysoprasum, Gagatromcum
Hexecanthalitum, Cerauneumq; Onycem.

FINIS.

BASILEAE
PER HENRICHVM PETRI,
MENSE MARTIO,
AN. M.D. LV.

